



Casa
Gab.
Est.
Tab.
N.º

β

3

12

10069

O^{6a}
C.(A)-45-22

D. Simeão de
Jesus Maria.
Pregher f. da
S. Barbara
per Concepcion de la
Santa Grandezza
etudioso

4.

OFFICIA (A)-45-22

CANONICORVM

REGULARIVM ORDINIS SANCTI


Augustini Congregationis Sanctæ Crucis
Conimbricensis.

SECVNDVM REGVLAS BREVIARIJ

Romani ex Decreto Sacrosancti Concilij Tridentini, Sub Pio V. Rom.
Max. restituti, & Clementis VIII. auctoritate recogniti, ab eodem
S.D.N.Pio V. Pont. Max. Eisdem Canonicis Regularibus concessa,
& confirmata. Nunc denuo emendata, & reformata.

QVIBVS ADDITVM FVIT OFFICIVM

Sanctorum Quinq; Martyrum Ordinis Minorum, quorum re-
liquiae sunt in Regio Monasterio S.Crucis Conimbricensis,
a S.D.N.Clemente VIII. Canonicis eiusdem
Congregationis concessum.



CONIMBRICÆ.

Cum facultate Sanctæ Inquisitionis, Ordinarij, & Regis.
Apud Didacum Gomez de Loureyro Academię Typographū.
Anno Domini 1620.

OPERICIA


MURINORUM

ORDINIS SANTI

PIETATIS CONVENTUS DILECTUS CISTERCIENSIS

Cisterciensis

1510. NOV. 10. 1510.



1510. NOV. 10. 1510.

Pella comissaõ da Mesa Géral do Santo Officio acima posta , vi a obra de que nella se faz menção , & julgo ser pia , & deuota , & que não tem causa que impida a licença pera se imprimir , & comunicar . No Colegio da Companhia de I e s v . Coimbra 16 . de Septembro de 1620 .

Doctor Balthasar Alvarez.

Por comissaõ do Conselho Géral adjunta em a petição , vi este Liuro , de que em ella se faz menção , o qual he hum treslado dos Santos de que reza a Congregação de Sam Ioão Laterão dos Conegos Regulares , aprovados authoritate Apostolica , como consta do Breue de Pio Quinto , no principio do Liuro : & foy impresso em Veneza , conforme a noua reformação do Breuiario em o Anno de 1610 . O que de novo se acrecenta , he o Officio dos Santos Martyres de Marrocos , & húas Commemorações de algúas Santos . E em tudo não acho causa por a qual se não possa , & deua imprimir , como

ja se tem outras vezes impresso. Em o Cole-
gio de S. Augustinho. Coimbra. O primeiro
de Septembro 1620.

O Doctor Dom Francisco da Cruz.

VIstas as informações, podese impri-
mir a obra de que se trata nas infor-
mações dos Padres Reuedores, & de-
pois de impressa torne conferida pellos mes-
mos, pera se dar licença pera poder correr,
& sem ella não correrà. Lisboa, aos 26. de
Septembro de 1620.

O Bispo Inquisidor Geral.

RMO.



R^{MO.} AC PRÆST^{MO.}

PATRI DOMINO

MICHAELI A SANCTO

Augustino Regij Monasterij Sanctæ Crucis
Conimbricensis Priori, ac eiusdem Congre-
gationis Canonicorum Regularium Ordinis
S. Augustini Generali meritissimo, Domnus
Vincentius eiusdem Ordinis Canonicus, &
Ceremoniarum Magister, salut. & fœ-
licitat. optat.

ANTA est Reuerendissime, ac
Præstantissime Præsal, multitudo
Sanctorum, qui cœlum hoc, id est,
Canonicum nostrum ordinem, tū
à prima ipsius institutione, sub Sanctis Apo-
stolis; tum etiam, postquam D. P. Augusti-
nus Canonicus Regularis factus, sicut alter

Sol, in eodem cæpit refulgere, tanquam lucidissima quædam sidera, illustrarūt, ut eorum numerus vix numerabilis nobis sit. Hoc de Sanctorū multitudine nostri sacri Ordinis, i!-lis ijsdē verbis refert Magister Roset. Doct. Parisien. insignis in tract. de Religione Ecclesiast. cap. 3. fol. 243. §. De 3. propositionis parte, vbi tam pro hoc, quam pro alijs nostri ordinis encomijs, quæ breuiter ipse perstringit, lectorē remittit ad librum illum, cui nomē inscribitur: Venatoriam Sanctorum Canonicī Ordinis.

Vnde non iam mirandum id, quod refert Anastasius Cardinalis in Cathalogo, quem scripsit ad Carolum II. Gallorum Imperat. scilicet, cum ex diuersis Sanctorum Cathalogis, ac Martyrologijs, antiquisque historijs, tā ex archiuis S. Rom. Ecclesiæ, quām aliunde conquisitis, Canonici Ordinis Sanctos collegisset, facta, quantum fieri potuit, certa supputatione, se innuenisse ad 216. milia cétum, & vltra: ita scilicet, ut, si per singulos totius anni dies, horam Sanctorum solēnia

nia essent distribuēda, vnaquaque die, quin-
gtēi nonaginta, & vltra celebrandi venirent.
Et hoc etiā, præter alios grauissim os A A. ex
codem Cardinali Anastasio, & alijs, refert, &
probat præclarissimus A. Ioannes de Nigra
Valle S. Roman. Ecclesiæ Bibliothecarius in
Epilogo Cronicarum lib. 13 cap. 18.

Sed quanvis immensus propemodūm
nostri Sacri Ordinis Sanctorum Martyrum,
& Confessorum numerus inueniatur, quos
omnes Patronos, & fautores in cœlo ante
Deum, idem Ordo noster agnoscit, & vene-
ratur; illorū tamen Sanctorum tantummo-
dò, iam ab antiquissima maiorum nostorū
memoria, solemnia, sub Diuini Officij pen-
so, celebrat, quos peculiaris, & præcipua
quædam erga ipsos pietas, ac religio, pecu-
liares, ac magis præcipuos, vel eiusdem or-
dinis, vel aliquarum Ecclesiarum Patronos
elegit.

Et hinc, tanquam peculiarem Patronum
sibi colendum, & celebrandū Scotia, simul
& Hybernia, assumptere Patritium, Eccle-
sia

Aug.
nen.ii
pug.C
Ord. i
confir
15.
Joan.7
lib.1.
Canor
gul.c.
fin.
Azor
1. Inf
Mora.
12.c.2

sia Perusiensis Herculatum , Bononiensis
Guaratum, Andegauensis Albinum, Noua-
riensis Bernardum, Eugubina Vbaldum, Lu-
censis Frigidianum, Alexandrina Anianum,
Eborensis , Tuden sis , & Visensis Theoto-
nium, aliæq; similiter alios (præter eos, quos
S. R. Ecclesia ab omnibus vniuersaliter cele-
brandos proponit in Breuiario , vt Linum,
Cletum, Clementé, Euaristum, Thelespho-
rum, Iginium, Pium, Anicetum, Anacletum,
Elentherium, Victorium, Zepherinum, Ca-
lixtum, Vrbanum, Melchiadem, Siluestrum,
Leoncs, & alios, quos omnes in Cathalogo
Sanctorum Canonici Ordinis , ijdem supra
dicti A A. & alij, verissimè reponunt.)

Quia verò ante R. Breuiarij reformatio-
nem, ex decreto Sacri Tridentini Concilij,
non erant Sanctorum illorum officia redacta
ad certum aliquem ordinem, quo, in ipsorum
solemnitatibus, omnes illæ Ecclesiæ, vel om-
nia nostri Ordinis Monasteria, in persoluen-
dis Deo laudibus, vniiformiter vterentur, sed
vnaquæque Ecclesia, vel Monasterium nos-
tri

tri ordinis priuatum sibi officium arripuerat;
ideò, post tale decretum , maiorum nostrorū
opera, & diligentia, in diuersis congregatio-
nibus nostri Ordinis, sapiētèr prouisum fuit,
vt in omnibus cuiusque congregationis mo-
nasterijs, recitandi, vel psallendi horas cano-
nicas , in talium Sanctorum solemnitatibus,
vnus tantum esset concors , & communis
modus; vt sic, non solum priuatorum illorum
officiorum diuersitas, & dissonantia ad vni-
formitatem, & Consentū in Breuiario Rom.
præscriptū reduceretur , ipsique conforma-
retur, sed etiam erga Sanctos ipsos religio, ac
denotio ad augeretur.

Et quia ex decreto etiam S. D. N. Papæ
Clem. VIII. Breuiarium Rom. iterum est re-
cognitum, recognoscéda etiam erant Sancto-
rum nostrorum officia, vt sic, post antiquio-
res alias ipsorum impressiones, per omnia
Breuiario eidem Rom.conformia, ederentur
in lucem, vt factum inuenimus pro Congre-
gatione nostrorum Canonicorum Laterané-
sium in editione facta Venetijs anno Domi-

ni 1610. & tu etiam Præsal Præstantissime
pro maxima tua erga diuinum cultum pieta-
te, & indefessa regularis disciplinæ obseruan-
tia, nuper faciendum curasti, dum mihi ea-
dem officia, & alia, quibus nostra congrega-
tio vteretur, & cognoscenda, & iuxta prædi-
ctā Rom. Brediarij reformationem, ordinan-
da commisisti. Accipe igitur qualemcumque
meæ diligentiaæ obsequium, Præsal Præstan-
tissime, quæ Dominus ad huius nostræ Con-
gregationis decus, & augmentum supersti-
tem, & incolamem diu nobis concedat.

Paternitatis vestræ humilis subditus.

D. Vincentius à Niubus.

Anthon.

*Authores qui subsequentium Sanctorum vitas, vel
scripsierunt plene, vel per occasionem attigerūt.*

DE Sancto Guarino. Martyrologium Rom. 6. Februario. Tabulae Ecclesiae Bononiensis. Et Surius tom. 7.

De Sancto Vbaldo. Martyrol. Rom. 16. Maij. Surius tom. 4. hac die. Petrus in Catal. lib. 5. c. 6. Stephanus Cremonensis, & Molanus. hac die in additionibus ad Vsuardum.

De S. Herculano: Vsuard. Ado. S. Greg. lib. 3 Dialog. cap. 23.

De S. Gelasio. Martyro. Rom. 21. Noueb. Beda, & Vsuard. 13. Caléd. Decéb. lib. de Romanis Pontificib' Baroni' in Annalib. Ecclesiast.

De S. Bernardo Augustinus Ticinenensis.

De S. Albino Mart. Rom. Beda, & Vsuardus ab eodē cit. Fortunatus Præsbyter, ut testatur Gregorius Turon. de glorios. Confess. cap. 96. Surius. tom. 2.

De S. Patritio. Mart. Rom. Beda. Vsuard. Ado. & alij eadē die. Prosper Aquitanus lib. aduersus Collatorem in fine. Beda Hist. de

Gest. Angl. lib. 1. c. 13. & lib. de sext. ætat. Marianus Scot. libr. 2. sext. ætat. anno Domini 432. Surius tom. 2. die 3. Martij, vbi agit de actis Sancti Vuinualoci.

De S. Frigidiano. Mart. Rom. 18. Nonébr. agens de translatione eius, vbi remittit se ad diem natalis eiusdem. S. Greg. lib. 3. Dialog. cap. 9.

De S. Ioāne Augustinus Ticinensis.

De S. Aniano. Mart. Rom. 17. Nonébr. vbi citat Bedā, Vſuard. Adonem, & alios. Greg. Turon. Hist. Franc. lib. 2. cap. 7. Surius tom. 6. Ado. Vien. in Chron. anno 410. Petrus in Catal. lib. 10. ca. 71. Sidonius. A pollinaris li. 8. Epist. 15. ad Prosperū eius successorē. Molan. 18. Calend. Iulij in addition. ad Vſuard.

De S. Prospero. Mart. Rom. 25. Junij. Honorius Augustuden. Gelas. Papa in Canon. Sancta. Rom. dist. 15. Ado Vienens. Marcellinus comes in Chron. subconsulatu Olibrij, & Rustici. Surius tom. 3. hac die Cassiod. libr. 1. Inst. diuin. lect.

PIVS PAPA V.

DOMINA PERPETVAM rei memo-
riam. Licet Ecclesia Dei sponsa tunc ve-
re iubilationis suae fructum reportet, cū
Christi fideles omnes ad precū effunden-
darum exercitium excitat, eundemq; orandi, psallē-
dique ritum, & morem omnibus proponit, alienum
tamen à ratione minime censendum erit, si aliquos
sanctorum quorundam patrocinio speciali suffultos
ad eorundem particularem venerationem etiam per
crebras illorum commemorationes se se excitare per-
misericordia: ut peculiare ipsorum meritum agnoscentes,
eorum quoque vestigia sequi, quam maxime studeat.
Hinc est, quod nos licet alias ex certis tunc expressis
causis omni alio Breuiarij usu interdicto Breuiariū,
quod imprimi curauimus, ac psallendi, precandi que
formulam in omnibus vniuersi Orbis Ecclesijs, Mo-
nasterijs, Ordinibus, & locis etiam exemptis, in qui-
bus iuxta ritum Romanæ Ecclesiæ dici debet, aut co-
suevit, sub certis modo, & forma, seruari manda-
uerimus, statuentes Breuiarium ipsum nullo unquam
tempore in toto, vel in parte mutandum, aut ei aliquid

detrahēdum, ac alia fecerimus, prout in ipsis litteris,
quas in cuiuslibet Breuiarij p̄ædicti principio im-
primi voluimus, plenius cōtinetur: at tē dētes tamē di-
lectos filios Canonicos Regulares Cōgregationis Late-
ranensis Ordinis S. Augustini eorū Patrē, ac primū
Apostolici illius ordinis Reformatorem S. Augustinū
p̄ædictū, ac p̄æterea insigniores eiusdem ordinis Sā
Etos Martyres, ac Confessores, quorū meritis eadem
Cōgregatio per orbē propagata, & illustrata extitit,
& indies eiusdē Congregationis persone adiuuātur,
atq; protegūtur, debita, vt par est, veneratione cupe-
re in eorū p̄æsertim dieb⁹, quibus in Dño obdormi-
re eiusdē obtigit, celebrare. Nos propterea eorū piū de-
sideriū plurimū in Domino cōmendantes: Motu pro-
prio, nō ad dictorū Canonicorū, seu alicuius eorū su-
per hoc nobis oblatæ petitionis instantiā, cōgregationi
dictorū Canonicorū concedimus: Primū, quod vltra
cōsuetas Sācti Saluatoris Lateranēsis, & S. Augusti-
ni p̄ædicti eorū Patris ad Vesperas, & Laudes cō-
memorations, eiusdē S. Augustini festū die 28. oſta-
ua Auguſti occurrēs, & per totā illius octauā, tā in
canonicis horis, quā in Misse celebrationē prout ha-
etenus celebrare possint, videlicet in ipſa quidē die,
& oſta-

Et octaua subduplici, infra octauas autem sub semiduplici cum commemoratione festorum simplicium occurrentium. De Decollatione autem S. Ioannis Baptiste fiat suo die cum commemoratione octauae. De Dominica autem si occurrat infra octauas fiat de ea cum com. octauae. Sin autem in ipsa die, vel octaua, Dominica occurrerit, fiat de Sancto cum Dominica commemoratione, cum Antiphonis videlicet, Hymnis, Responsoriis, ac reliquis ipsorum Canonicorum propriis ordinatis a Diuo Thoma Aquinate iuxta eorum antiquum morem, seu, Et prout melius, ac congruentius videbitur ab ipsis reformandis. Dum tamen tres prime lectiones sunt de Scriptura intra octauas quidem occurrente, in ipso autem die, Et octaua, de Scriptura assignata ab ipsis Canonicis, atque congruentius eidem festo aptata, mediae tres, partim de vita eiusdem Patris collecta est dictis eiusdem, in libris praecipue confessionum, nec non Et Possidonij eius contemporanij, ac socij, qui, cum per annos quadraginta cum eo familiarissime vixisset, vitam etiam eius veriori, Et integriori modo descripsit, partim de sermonibus eiusdem Patris de communi vita Clericorum. Tres vero postremae lectiones de Homilia Sancti Joannis Chrysostomi super

super Euangelium Matthæi: Vos estis sal terræ:
pariter, & eius Conuerzionem die quinta Maij, cum
lectionibus, ut supra authenticis ex ipso Sancto Au-
gustino, & Possidonio, nec non, & cum lectionibus in
ultimo Nocturno D. Gregorij Papæ super Euange-
lio Lucæ: Erant appropinquantes ad IESVM
Publicani, & Peccatores: Primam quoque eius,
quæ vndecima Octobris, & secundam, quæ vltima
die Februarij occurrit, translationes, nec non, &
quolibet mense semel ipsius commemorationis festum,
die, in quo festum alicuius Sancti non occurrerit sub
duplici possint celebrare. Et similiter Sanctorum
Aniani Episcopi die Decembri secunda, Sancti Tho-
mæ Cantuariensis Episcopi, & Martyris vigesima
nona Decembri, Aquilini Martyris Ianuarij vige-
sima nona, Guarini Episcopi Februarij sexta die,
Theotonij Confessoris decima octaua die Februarij,
Albini Episcopi prima Martij, Herculani Episcopi,
& Martyris Martij secuda: Patritij Episcopi Mar-
tij decima: sexta Iuonis Episcopi Maij vigesima, Ber-
nardi Confessoris Iunij decima quinta, Iohannis Cō-
fessoris Octobris decima, Frigidiani Episcopi Nouē-
bris decima nona, Gelasij Pape Nouembris vigesima
prima:

prima: Prospere Episcopi, Nouembris vigesima qua-
ta, omnium quoque aliorum dictæ Congregationis, &
Ordinis Sanctorum festa, etiam sub dupli officio ce-
lebrare. Atque ijs omnibus, & singulis proprias eoru,
atque autheticas lectiones, & orationes, seruata præ-
dicta Breuiarij forma, accommodare valeat, officia-
que prædicta recitantes, debito suo perinde censemur
satisficisse, ac, si ea, quæ in Breuiario assignantur, re-
citaissent. Nec ad aliam ulterius recitationem, ullo
vnquam tempore, possint compelli, prædictaque eoru
particularia officia seorsum, & separatim à Bre-
uiario ubique illis placuerit, absq; alia nostra, vel
commissarij nostri, in illis partibus, licentia, imprimi
facere, libere, & licite valeant. Districtius inhibe-
tes, tam locorum ordinarijs, quam quibusuis librorum
impressoribus, cæteris que quauis authoritate fungen-
tibus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommu-
nicationis maioris, nec non indignationis nostræ pœ-
nis, ne eosdem Canonicos super recitatione horarum,
aut impressione officiorum huiusmodi, impedire, mo-
lestare, vel inquietare audient, vel presumant, ac de-
cernentes præsentes litteras, nullo vnqua tempore, sub-
reptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ,

¶¶¶

vel

vel quopiā alio defectu notari, impugnari, inualidari nullatenus posse: minusque sub quibusuis similiū, vel dissimiliū gratiarū reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & alijs cōtrarijs dispositionibus cōprehēdi ullatenus posse, sed, quoties illa emanabūt, toties in pristinū statū etiā sub quacunque Data per ipsos eligenda restitutas, repositas, & plenariè reintegratas esse. Sicq; ab omnibus cēseri, & ita per quoscunq; Iudices, & Cōmissarios quauis authoritate fungētes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicādi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritū, & inane si secus super his à quoquā quauis authoritate sciēter, vel ignoranter cōtigerit attētari. Quo circa dilectis filijs nostris Flauio, Vrsino, & Paulo ab Ecclesia Sanctæ Romanae Ecclesie præsbyteris, Cardinalibus, & causarū Curiae Cameræ Apostolice generali Auditori, per præsentes Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnuis eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorū Canonicorū, seu alicuius eorū fuerint requisiti solēniter publicantes eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio asſtentes,

sistentes, faciat authoritate nostra praesentes litteras,
⁊ in eis cōtent a quæcunque firmiter obseruari. Nō
permittētes eos, seu eorum aliquem desuper cōtra ea-
rundem præsentium tenorem quomodolibet indebitē
molestari, cōtradictores quoslibet, ⁊ rebelles per cē-
suras, ⁊ pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita,
cōpescendo. Nec non legitimis super his habēdis ser-
uatis processibus, cēsuras, ⁊ pœnas ipsas etiam ite-
ratis vicibus aggrauādo, inuccato etiā ad hoc, si opus
fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstatibus fœ-
licis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecesso-
ris nostri de vna, ⁊ Concilij Generalis de duabus
dietis, dummodo quis vigore præsentium ultra tres
dietas ad iudicium non trahatur, ac litteris nostris
prædictis, quas eosdem Canonicos ligare nullatenus
posse volumus, ac quibusuis alijs Apostolicis constitu-
tionibus, ⁊ ordinationibus Apostolicis, nec nō qui-
busuis etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel
quauis firmitate alia roboratis, statutis, ⁊ consue-
tudinibus, priuilegijs quoque indultis, ⁊ litteris
Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, ⁊ formis,
ac cum quibusuis clausulis, ⁊ decretis in genere, vel
in specie, ac alias in contrarium quomodolibet con-

cessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiā si de eis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si, de verbo ad verbū, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, obseruata, inserti forent, eisdem præsentibus, pro sufficienter expressis, habentes, illis aliàs in suo robore permāsuris, hac vice dūtaxat, specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut, si aliquibus cōmuniter, vel diuīsim, ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Litteras Apostolicas, nō facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto eiusmodi mentionem. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiā impressis, manu tamē alicuius Notarij publici subscriptis, & persone in dignitate Ecclesiastica constitutæ, sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibetur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrū sub Annulo Piscatoris. Die 18. Decébr. M.DLXX. Pōtificatus nostri anno quinto.

Cæ. Glorierius.

INDEX

INDEX

OFFICIORVM
CANONICORVM REGV-
larium Congregationis Sanctæ Crucis Co-
nimbric. quæ omnia sub duplici offi-
cio celebrantur.

MENSE JANVARIO.

- Die 16. Sanctorum quinq; Martyrum Ordinis Mi-
norum.
Die 29. Sancti Aquilini Martyris.
Die 30. Commemoratio S. Patris nostri Augustini.

MENSE FEBRVARIO.

- Die 6. Sancti Guarini Episcopi, & Confessoris.
Die 18. S. Theotonij Confessoris.
Die 28. Secunda Translatio Diui Patris Augustini.

MENSE MARTIO.

- Die 1. S. Albini Episcopi, & Confessoris.
Die 2. S. Herculani Episcopi, & Martyris.
Die 4. Commemoratio S. Augustini Patris nostri.
Die 17. S. Patritij Episcopi, & Confessoris.

MENSE APRILLI.

- Die 1. Commemoratio S. Patris Augustini.

MENSE MAIO.

- Die 4. S. Monicæ viduæ Matris D. Patris Augustini.
Die 5. Conuersio Diui Patris Augustini.
Die 16. S. Vbaldi Episcopi, & Confessoris.
Die 20. S. Iuonis Episcopi, & Confessoris.

INDEX.

MENSE IUNIO.

C Ommemoratio S. Patris Augustini.
Die 15. S. Bernardi Confessoris.

MENSE IULIO.

D ie 8. Commemoratio S. Patris Augustini.

MENSE AUGUSTO.

D ie 28. S. Augustini Patris nostri cum Octauia;

MENSE OCTOBRI.

D ie 10. S. Ioannis Confessoris.

D ie 11. Prima Translatio S. Augustini Patris nostri.

MENSE NOVEMBRI.

D ie 14. Commemoratio S. Patris nostri Augustini;

Die 19. S. Frigidiani Episcopi, & Confessoris.

Die 21. S. Gelasij Papæ.

Die 24. S. Prosperi Episcopi, & Confessoris.

MENSE DECEMBRI.

D ie 2. S. Apiani Episcopi, & Confessoris.

D ie 3. Commemoratio S. Patris nostri Augustini.

Die 29. S. Thomæ Archiepiscopi, & Martyris.

ALIVS INDEX SECUNDVM

Ordinem Alphabeticum.

A lbini Episcopi, & Confessoris.

Die 1. Martij:

A niani Patriarchæ, & Confess.

Die 2. Decēbris.

A quilini Martyris.

Die 29. Ianuarij.

A ugustini Patris nostri.

Die 28. Augusti,

B ernardi Confessoris.

Die 15. Iunij.

C onuersio D. Patris Augustini.

Die 5. Maij.

C ommemorationes S. Augustini Patris.

Die 3. Decēbris.

Die

INDEX.

- D ie 30. Ianuarij.
D ie 4. Martij.
D ie 1. Aprilis.
D ie 1. Iunij.
D ie 8. Iulij.
D ie 14. Nouembris.
F rigdiani Episcopi, & Cōfessoris.
G elasij Papæ, & Confessoris.
G uarini Episcopi, & Confessoris.
H erculani Episcopi, & Martyris.
I ohannis Confessoris.
I uonis Episcopi, & Confessoris.
M onicæ viduæ matris D. Patris
Augustini.
O rtonis, Berardi, &c. mart. Ordinarij
Minorum.
P atritij Episcopi, & Confessoris.
P rosperi Episcopi, & Cōfessoris.
T heotonij Confessoris.
T homæ Archiepiscopi, & Martyr.
T ranslatio prima S. Augustini Pa-
tris nostri.
T ranslatio secunda D. Patris nos-
tri Augustini.
V alaldi Episcopi, & Confessoris.
- D ie 19. Nouembris.
D ie 21. Nouembris.
D ie 6. Februarij.
D ie 2. Martij.
D ie 10. Octobris.
D ie 20. Maij.
D ie 4. Maij.
D ie 16. Ianuarij.
D ie 17. Martij.
D ie 24. Nouembris.
D ie 18. Februarij.
D ie 29. Decembris.
D ie 11. Octobris.
D ie 28. Februarij.
D ie 16. Maij.

† L A V S D E O. †

INCI.

卷之三

WORLD WAR

四百三



INCIPIVNT FESTA IANVARII.

DIE XVI. IANVARII.

In festo Sanctorū Martyrum Ottonis, Berardi, Petri, Accurtij, & Adiuti Fratrum Ordinis Minorū, quorū reliquiæ sunt in Regio Sanctæ Crucis Conimbricensis Monasterio, fit Officium duplex. Omnia de communi plurimorum Martyrum præter ea, quæ hic sunt propria.

Oratio.

Deus, qui nos concedis Sanctorum Martyrū tuorum Ottonis, Berardi, Petri, Accurtij, & Adiuti natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere, Per Dominū nostrū, &c.

In primo Nocturno. In Monasterio Sanctæ Cru-

cis, lectiones de communi plurimorum Martyrum. Fratres debitores sumus, In reliquis Monasterijs, de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio quarta.

TTO Sacerdos, Berard⁹, Accurtius, Petrus, atq; Adiutus, Martires, de familia Sæcti Frâcisci, eius iussu, ex Italia, in Hispaniam venerunt, vbi omnibus, propter vitæ, & morum sanctitatem, grati, atque iucundi fuere. Deinde, Spiritus Sancti gratia roborati, ex Christianorū finibus, Hispalim ad Sarraenos proficiscuntur: quod iter nudis pedibus obierunt

A vigi-

vigilijs, iejunijs, & diuinarū rerum cōtemplationi maximē intēti, eō cum peruenissent, diuina gratia incitati, ad eū se conferunt locum, vbi Mauri, nefaria superstitione Mahometum colere, & altissimis vocibus īnuocare, cōsueuerant. Inde grauissimis ictibus, colaphis, & verberibus pulsi, Rēgē adeunt, eumq; ad Sā- Etīssimam Christi fidē suscipiendam, hortantur. Irratus, à suo conspectu abductos, cōfestim capite plecti iubet. Sed Regis filius, eorum miseratus, patrem obsecrat, ne homines mortis supplicio indignos interfici patiatur. Quæ res, illos hilari vultu, & libenti animo ad martyrium proptéras, præsentis mortis periculo exemit. Itaque, Regis iussu, turri inclusi sunt. Qui nihilominus, ex eius fastigio, maximis clamoribus, Christi fidem populo prædicabant, inde, ad Regem producti, cū in Christi professione constanter

perseuerarent, iussi sunt vrbe excedere, & Marrochiū proficisci. **Resp.** Sāfi tui Dñe. **Lectio quinta.**

Mari trāsmisso, maxi- misq; in itinere ex- haustis laboribus, Marrochiū lāti perueniunt: vbi à Petro Lusitaniæ Regis fi- lio, qui, per id tempus, in ea vrbe, propter offensionem, quę inter eū, & fratrē Lusi- tanię Rēgē, orta fuerat, for- te morabatur, benevolè ex- cipiūtur. Non multò post, fidei causa, in vincula sunt cōiecti. Vnde eos ad Al- buzaidū, qui plurimū apud Rēgē gratia valebat, sāuissi mi tortores adduxerūt. Illi qui nā essēt, & itineris cau- sā cū interroganti aperuis- sēt, cūq; à Christi fide, quā cōstātissimē prædicabant, nullis, nec promissis, nec blandimentis, deduci po- tuissent, iussi sunt acriter cædi, & singuli in singulas custodias retrudi. Deinde, ita crudeliter verberari, ut propè viscera apparerent. Super solum asperis testis

stra-

stratum, nudi proiecitur: totaque nocte flagris cæsi, altissimis clamoribus, se se ad mortem fortiter fereandam adhortantur. Postero die, cum ad Regem Almiramolinum vinceti ducerentur, Ottone Sacerdote socios interrogante, quomodo ea nocte se habuissent: Responderunt ei, preclare, & fœliciter secum actū esse. Regiā deinde vir quidā primarius ingressus, obuiā eis venit, atq; vt à fide Catholica deficiat, & Mauroxū sectam amplectatur, consiliū dat. Ad hæc, cū Otto vehementer in Mahometi sectā intuectus, magno animo respōdiffset, iratus ille, Christi militē in dextera maxilla grauiter percussit. Cui Otto illicò alterā maxillā præbuit, & Dēum, vt ei ignosceret, precatus est. Tunc Sarracenus ad Regē eos introduci iussit, dignos clamans, de quorum insania, Rex ipse sua manū supplicium sumeret. **Resp.** Verbera carnificum.

Lectio sexta.

QVOS ad se introduc-tos, Rex, cū, & ingē-tibus pollicitationibus pri-mum oblati, nihil profice-ret, suo gladio singulos ob-trūcauit, atq; ita martyrij palmā gloriose adepti sūt, decimo septimo kalendas Februarij anno Dñi mille-simo ducētesimovigesimo: **O**norio III. Pōtifice Ma-ximo. Martyrū corpora à nequissima multitudine fu-nib⁹ tracta, extra muros in ignē cōijciūtur, quibus, cū ignis parceret, Christiani, qui aderat, Deū sūmis lau-dibus extulerūt, quos statī Sarraceni lapidibus insecuri-fi sunt: à quorū tamen icti-bus, omnes, martyrū meriti, incolumes euaserūt. Il-li, Sanctorū corpora, iterū ingenti clamore, circa mu-ros, & per vicos raptata di-lacerarunt, dispersa tamen membra colligit Princeps Sāctij Lusitaniae Regis fi-lius, nōnulliq; alij Christiani, quorum partim latenter in priuatis ædibus asserua-

A 2 runt,

runt, partim honore sepulturæ affecerūt, sed maxima illorū pars ad Principē Petrū peruenit, qui ea, summo cū honore, Conimbricam deportāda curauit, ad Cœnobium Sæctæ Crucis, vbi diuinitus præclara, & illustria, per Christi Martyres, miracula fiunt, & cum

magna Dei gloria, & inge-
ti totius vrbis admiratione
coluntur. **Resp.** Tanquam
aurum.

**In 3. Nocturno. Homilia
in Euangeliū.** Descen-
dens Iesus de monte. **Vt
in communi plurimorum
Martyrum.** **Resp.** **VIII.**
Hæc est vera fraternitas.

DIE XXIX. IANVARII.

In festo Sancti Aquilini Martyris.

Oratio.

Deus, pro cui⁹ fide beatus Aquilinus gladijs impiorum occubuit, da nobis, quæsumus, vt eius virtutē cōgrua deuotione se temur. Per Dūm nostrū.

In 2. Noct. Lectio quarta.
*Ex Cathalogo Sanctorum. lib.
11. cap. ultimo.*

AQuilinus, Heripoli in Bauaria, claris parentibus genitus, ab infantilibus annis Cœlo erexitus, cum quosdam ex condiscipulis optimatū filijs, hæreti

ca præuitate infectos repe-
risset, Christum ex Maria virili semine propagatum,
asserentes, adeo contra illū errorem inuehi cœpit, vt, re-
postea ab Episcopo cōper-
ta, cum aduersus eam hære-
sim vehemētius Episcopus
ipse disputasset, atq; Catho-
licā asseruisset veritatē: di-
uina miseratione, pueri A-
quilini cœpti certaminis oc-
casione, vniversi fere, qui
eo errore fuerāt infecti, ad
Catholicā veritatē sint re-
uersi. Cū autē adoleuisset,

Crea-

Creatori toto corde inseruire constitués, in Canonorum Regularium, qui cū Episcopo Coloniensi degabant, numerum est ascriptus. **Resp.** Honestum fecit illum.

Lectio quinta.

Qui post aliquot annos in patriā, ut charissimos parētes inuiseret, reuersus, cum eos ex hac vita cōmigrasse reperisset, omnibus mox diuenditis, ac pauperib⁹ erogatis, Coloniā, ad Cœnobium suū est reuersus. Vbi, ob vitæ splēdorē, in præpositū electus, mortuo deinde Episcopo, in eius locū, cōmu ni omniū cōsensu, est substitutus. Ipse autem fugam arripiēs, Lutetiam Parisiorum cum peruenisset, ciuitatemq; totam graui peste laborantē comperisset, nulli parcens labori, nullis vigilijs, ac assiduis præsertim orationib⁹, breui, cā meruit à morbo liberare. Mortuo autē ibidem Episcopo, pariter subrogatus, fuga de-

nuo arrepta in Italiam, Ticinum peruenit: ibiquē sacrarum litterarum studijs operam dedit, Italicumq; vulgare idioma diligenter edidicit. **Resp.** Desideriū animæ eius.

Lectio sexta.

Mediolanum autē potesta, præcipue vt beati Ambrosij, quē peculari deuotione prosequebatur, reliquias adoraret, profectus, ibique in Cœnobio Sancti Laurentij, cum Canonicis regularibus, cōmoratus, contra Arianā hæresim, quæ tunc totam fere ciuitatem infecerat, adeò cœpit declamationibus, atque disputationibus insurgere, vt omnes fere, ab eo errore, fuerint sanati. Quod non ferentes Ariani, eū, de more, ad Ambrosianā Ecclesiam, orationis gratia, ascendente, in itinere adorti, gladio in gutture infixo, gratissimam Domino hostiam immolarunt. Ne autē tantum scelus diuulgaretur, sanctum corpus rapere

conati, superuenientē dēm-
sissima nebula, adeò fucrūt
impediti, vt fugā arripere
sint coacti. Superuenientes
autem fideles, corpusq; in
suo sanguine volutatū in-
uenientes, cum hymnis, &
canticis, illud ad Ecclesiam

Sancti Laurentij deportā-
uerūt, atq; in Saccello, po-
steā eius nomini sacro, ho-
norificè sepelierunt. Vbi
miraculis plurimis claruit.
Resp. Stola iucunditatis,
In 3. Noct. Homil. in Euā-
gel. **Sí quis venit ad me;**

COMMEMORATIO SANCTI Patris nostri Augustini.

FESTA FEBRVARII. DIE VI.

In Festo S. Guarini Episcopi, & Cōfessoris

Oratio.

Deus, qui beatū Guarinū Pontificē tuū
innumeris illustrasti mu-
neribus: da nobis, quæsu-
mus, eius semper excelsa
conuersationis imitari in-
signia. Per Dominum.

In 2. Noct. Ex lib. qui di-
citur Regula S. P. August.

Lectione quarta.

GVarin⁹ Bononię, cla-
ro, ac religioso gene-
re propagatus, cū esset ado-
lescēs, Bononię in Maiori
Ecclesia, in uitis parētibus,
qui de eo magis posterita-

tē optabāt, cleric⁹ honori-
ficē est ordinatus. Verū, cū
equales suos cerneret mol-
libus vestitos, nō quæ Iesu
Christi, sed quæ sua sunt,
quæ rētes, ad diuinam amoris
perfectionē ardentiū aspi-
rās, Mortariū, ad Cœnobiū
Sāctæ Crucis Canonicorū
regulariū, conuolauit. Vbi
Sancti Augustini religio-
sum institutū amplectens,
breui adeò profecit, vt op-
timam partē cū Maria eli-
gés, diuināq; vacās contē-
plationi, ac sacrarū scriptu-
rarū meditationi, inter op-
timos

timos contemplatores, ac doctores annumerari, iure merito potuisset. **Resp.** Inueni Dauid.

Lectio quinta.

Destinatus autē ad Sāti Frigdiani Ecclesiā, ibiq; nonnullos annos religiosissimē cōmoratus, cum ad Cœnobiū suū reuertis- set, mortuo Papiense Episcopo, ob illustrē eius nominis famā in eius locū eligitur. Qui omnino electio- ni reluctans, cū in arctiori loco esset, custodiæ causa, detetus, clam, deceptis cu- stodibus, per fenestram de- missus, tāndiu latuit, donec alter consecraretur. Incre- bescente autem eius nomi- nis fama, Lucius secundus Romanus Pōtifēx, & ipse patria Bononiēsis, ac Canonicus regularis, instanter apud eum egit, vt ad se ve- niret. Qui diū recusans, de- mū tamen cedens, in Prænestinum Episcopum Car- dinalem est consecratus.

Resp. Posui adiutorium;

Lectio sexta.

Cum autē equitatū pretiosū, aliosq; Episcopales apparatus, ab eodē Pontifice dono accepisset, mox omnibus diuenditis, pretiū pauperib⁹ erogavit. Verbum autē Dei populo suo imprætermisse prædi- cās, pauperibus alimēta, & indumenta proprijs manib⁹ ministrans, ieunijs, ac ora- tionibus inde sinēter vacas, cū demum, appropinquare tabernaculi sui depositionē diuinitū presciuisset, quā- quā semper ei fuissest tēpo- talis vita fastidio, tūc tamē, ardenter mentis affectu, ad Christi pulchritudinem contemplandā, rapiebatur. Cōuocatoq; clero, cum eos salutaribus monitis plenius instruxisset, sequēti nocte, cū maxima, velut in meridi- die, eluxisset claritas, ad coelū migravit. Sepultusq; est in Ecclesia, & sepulchro beati Agapiti Martyris; miraculis clarus. **Resp.** Iste est, qui ante Deum.

In 3. Noct. Homilia in Euāngel. Homo quidam.

D I E

DIE XVIII. FEBRVARII.

In festo Sancti Theotonij Confessoris Canonici Regularis, & primi Sanctæ Crucis Prioris.

Oratio.

Deus, qui per beatum Theotonium Confessorem tuū, in extremis terrarū partibus, Canonicorū ordinē propagare dignatus es: præsta, quæsumus, ut ei⁹ præclaris intercedentibus meritis, per eosdem seruos tuos, à solis ortu usq; ad occasum, nomē tuum ubique laudabiliter celebretur. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno.

Lectiones, de Lib. Sapientie. Iustus si morte preoccupatus fuerit, &c. Ut in communi Confessorum non Pontificum.

In secundo Nocturno.

Lectio quarta.

Theotonius, Galliciæ ciuitate Tudensi oriundus, à religiosis parentibus, religiosè enutritus, ac spiri-

tualibus studijs sufficiēter instructus: cum ad Visensem Lusitaniae urbem se contulisset, ibique vitam sanctitate, ac rerum sacrarum peritia cōspicuam, diu degisset: ciuium precibus, & Colim briensis Episcopi iussu, Prior inuitus ordinatur. Quo in munere, cū multos annos egregiè se gessisset, sanctorum locorum succensus desiderio, Prioratui cedēs (quem tamen reuersus, sed neque Episcopalem illi sæpius oblatā dignitatem, recipere acquieuit) ea bis inuisit: multisque in itinere clarus fuit miraculis. Ad ipsum autem Dominici corporis sepulchrum, cognita eius pietate, Canonici eius loci regulares, communem illi viuendi societatem, quin,

&

& sepulchri custodiā, quod illum ardentissimē desiderare cognouerant, instansissimē offerebant, quod tamen ipse (Deo ita disponente) accipere recusauit, quoad usquē in Lusitaniam rediens res suas cōponeret, ac demum ita tertio rediret. **Resp.** Honestum fecit illum.

Lectio quinta.

Quod reuersus, cum eādē tertio profectiōnem pararet: in nobiles adeō, ac graues viros undecim clericos Colimbriæ incidit, quos in hoc ipsum feruētissimē Dominus aspirauerat, ut relicta omnifaculati pompa, in humilitate, ac religionis custodia arctius se se Deo manciparent. Quorum intellecto, & probato cōfilio ipse quoque eis annumerari consensit. Anno itaque suprà millesimum cētesimo trigesimo secundo, Apostolico feruentes spiritu, duodecim isti viri Cœnobium in honorem Sanctæ Cru-

cis, ac Beatissimæ Dei Matris, in diē & ciuitatis suburbio extruxerunt: ac Dīui Augustini regulam, & habitum assumētes, Theotonium, licet repugnantē, sibi in Priorem delegerūt. Qui Prior factus, cum vīte grauitate, singularitate abstinentiæ, orationis vīsu cōtinuò omnibus erat admirabilis, atque reuerendus tūm verò nimia charitas, atquē humilitatis virtute, qua, & cunctorum subueniebat necessitatib⁹, & omnium veluti se minimum arbitrabatur: omnibus mirum in modum se reddebat amabilem. Virginitatē perpetuò coluit. Curationis gratia clarus, inter alios, & Regem Alphonsum, & Reginam eius coniugē Mahaldam à grauissimis doloribus liberavit: à qua tamen graues aliquando molestias est perpeſsus, quod eam clauſtrū ingredi non permetteret: non esse ordinis, afferens, nec approbatæ consuetu-

B dinis,

dinis, foeminam habitaculum ingredi mundum fugientium, nisi fortè defunctam. **Resp.** Amauit eum Dominus.

Lectio sexta.

Deemonibus etiā tremendus, à plurimis eos, præsertim in mortis agone cōstitutis, compescuit, atque effugavit. Cum autem post vigesimum primum ab ingressu Monasterij annum, ætatis verò eius septuagesimum primum, longam contrahere cepisset valetudinem, prioratui cedens totum se deinceps compunctioni, atq; contemplationi tradidit. Sustentabat autem senilia membra baculo illo, quem sibi, audita eius sanctitate, dono miserat vir Dei Bernardus, primus Clareuallensis Abbas: eoq; frequenter doloris aculeos deuotissimè contingens, leuius habebat. Apparuit ei, antè paucos dies, quām morere-

tur, Apostolorū princeps, de futura eum gloria certiore reddens, quodque propter eum plurima essent illi Monasterio conferenda Dei beneficia. Sed, & pridiè visus est magnus stellarum globus, è Cœlo in medium claustrī descēdere, miro omnium oculos radiorum fulgore perstringens. Igitur sumptis sacri corporis mysterijs, quibus, ferè quotidiè refici solebat: multa cum suis agens filiolis, eosquè ad religionis apicem cohortatus, religiosissimam Deo animam reddidit: anno eius ætatis octuagesimo. Cuius corpus in ipso Sancte Crucis Monasterio, à Reuerendissimo Colimbricensi Episcopo, honorifice est sepulturæ demandatum, quod miraculis claruit plurimis. **Resp.** Iste homo perfecit omnia.

In teatric nocturno. Homilia in Euangeliū: Sint lumbī vestri præcincti.

DIE

DIE XXVIII. FEBRVARII.

¶ Translatio secunda S. Patris Augustini.

Ad Vesperas Antiphona.

Ecce Sacerdos magnus.

Cum reliquis de Laudib⁹,

vt in communi Confess⁹

Pontificis : Psalmi etiā

de eodem communi. Cap.

Ecce Sacerdos magnus, qui

in vita sua, &c. Hymnus:

Magne Pater Augustine,

vt in die Sancti Augustini

mēse Augusto 28. v. Ora

Pro nobis B. P. Augustine.

Resp. Ut digni. & cæt.

Ad Magnificat in utrisque

vesperis Antiphona: Pre-

sul Sanctissime Augustine,

& cæt. Oratio.

Deus, qui in Beatissi-

mi Patris Augustini

Translatione, febricitantiū

corpora nouo fontis exor-

tu refrigerare dignatus es:

concede nobis, quæsumus,

vt tuæ super nos semper

imbrem gratiæ sentiamus.

Per Dominū nostrū. &c.

Ad Matut. In uitatorium.

Regem Cōfess⁹. & Hymn.

Magne Pater. Añæ, Psal-**mi, Versiculi, noct. dicun-****tur de communi Confess⁹.****Pontif. In primo noct.****Lectiones de Scriptura oc-****currente. ¶ In Quadrage-****sima verō: Sapientiam om-****nium antiquorum, & cæt.****Resp. Ex communi Con-****fess⁹. Pont. In 2. noct.****Lectione quarta.****E** Volūtis, à fælici dor-**mitione Beatissimi Pa-****tsis nostri Augustini, annis****circiter ducentis octuagin-****ta, cum corpus eius sanctissi-****mum, quod in Sardinia****fuerat translatum, Barba-****ris, qui tūm temporis in-****solam cœperat, atque va-****stauerant, minus honoris-****ficē haberetur: Leopran-****dus Longobardorum Rex****pissimus, tanti Patris de-****uotione affectus, missis eō****legatis, magno cum auri****pondere, corpus redimi,****atquè transferri curauit.****B 2 Qui**

Qui cum tanto pignore læti reuertentes, cum id Regi denuntiaissent: ipse vsq; ad Genuenfium vrbem obuiam profectus honorificè, ac deuotissimè illud excepit. **Resp.** Inueni Dauid.

Lectio quinta.

CVM autem sequenti die illud amouere, atque inde trāsferre vellent: haudquaquam fieri potuit: donec Rex votum vouret Ecclesiam ibi in tanti Patris honorem edificatrum. Quòd, & cum alibi quoque vbiq; pernoscere contigisset, factū fuisset: Rex que eodem se semper voto obstrinxisset, Papiam demum, prodeunte obuiam vniuerso clero, ac populo, ac magna cū exultatione sacrum pignus excipiente perlatum, in Diui Petri, in Cœlo aureo, cui nomen est, templo honorificentissimè est collocatum, vbi miraculis plurimis claruit. **Resp.** Posui adiutorium.

Lectio sexta.

TEmplum autem illud simul, & Abbatiale Cœnobium Rex ipsem et Leoprandus, ob trāslatum Diui Augustini corpus, Canonicis Regularibus vnā cum dote instaurauit, anno salutis septingentesimo viagesimo secūdo: ut ipsem et per hæc eadem verba, quæ viuens posuit, quæque adhuc in ipsa Ecclesia Regis, sepulchrosupereminēt, contestatur. Fons autem indeficiens in loco, in quo primū Sancti Patris corpus fuerat repositū, exuberare cæpit: ex cuius potu quam plurimi febricitantes, & languidi sūt sanitati restituti. Ut verè illi nedum spiritaliter, sed ad litteram competat, quod de eo aptissimè est dictum: In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimplati sunt suprā modum: qui curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione. **Resp.** Iste est, qui ante Deum.

In testio nocturno. Homilia

milia in Euangeliū. Vos
estis sal terræ, vt in com-
muni doctorum. Ad lau-
des, & per horas añæ. Ecce
Sacerdos magnus cum re-
liquis. Cap. Ecce Sacer-
dos magnus, vt supra in
vesperis. Hymnus: Cœli
cives applaudite, vt in die
festo S. Augustini. Vers.
Ora pro nobis, &c. Ad

Benedictus añæ: Canon
vitæ canonicaꝝ. Oratio, vt
supra. Ad horas cap. &
respōsoria brevia, vt in die
festo. Ad vesperas añæ, &
Psalmi, vt in secundis ves-
peris Confessoris Pontifi-
cis. Cap. & reliqua, vt in
primis vesperis. Comme-
moratio Sancti Albini Pō-
tificis, & Confessoris.

FESTA MARTII.

DIE PRIMA,

Sancti Albini Episcopi, & Confessoris.

Oratio.

Deus, qui Beatum Al-
binum Pontificem
tuum Sanctorum tuorum
numero coequasti: conce-
de nobis quæsumus eius
semper, & orationibus ad-
iuvari, & vitæ exēpla secta-
ri. Per Dñm nostrum, &c.

Lectio quarta.

Ex Surio lib. 2. pag. 2.

Albinus ex venetica
regione claris paré-

tibus progenitus adolescēs
in Translacense Canonici-
corum regularium Cœno-
bium ascriptus, cū ibi plu-
res annos sāctissimè se ges-
sisset, defuncto collegij om-
nium Sanctorum Abate,
ab eo successor destinatus,
vno omnium consensu, in
eius locum est subrogatus.
Qui, licet inuitus, electioni
assentiens, strenuè adeò, ac
religiose eo in regimine

per vigintiquinquè annos
se gessit, vt postmodùm in
Andagauensi Ecclesia, om-
nibus omnino efflagitanti-
bus, nulloq; paeto eius de-
precationi acquiescētibus,
Antistes sit electus. **Resp.**
Inueni David.

Lectio quinta.

Quo Episcopatu, cum
strenue admodum, ac
religiosè, more suo, se habe-
ret (erat enim, ne dum san-
ctitate, & doctrina, sed, &
rerum gerendarum expe-
riētia, incomparabilis) vul-
gata eius nōminis fama,
Carolus Magnus eum, vt
fibi, tam in diuinis, quam
humanis rebus consiliarius
esset præcipuus, ad se ac-
cessiuit. Cum autem Ca-
rolus, Desiderium Longo-
bardorū Regē, apud Mor-
tarium (cui, ex hac clade
nomen illud est inditum,
prius enim Silua bella dice-
batur) omnino fregisset, ac
demūm obsessum Papiæ
vnā cum vxore, ac liberis
cæpisset, Albinus Caroli
permisso, duas ibi, vbi hos.

tem superauerat, condidit
Ecclesias: alteram quidēm
Apostolorum Principi, al-
teram verò, Diuo Eusebio
Episcopo, & Martyri Ver-
cellensi sacram, quam, &
postea redditibus locuple-
tam Canonicis regulari-
bus concessit: quæ postea
ipsi Albino est dicata. **Ref.**
Posui adiutorium.

Lectio sexta.

Post plurima autē præ-
clarissimè gesta, vir sā-
ctus, cum febribus decu-
buisset, octuagesimo æta-
tis suæ anno, ad Cœlum
conuolauit: quem Domi-
nus miraculis, nedum in
morte, sed, & in vita illus-
travit. Nam inter cætera,
& duos, adhuc viuēs à mor-
tuis suscitauit, & cum, pro
carceratis intercedens, ne-
quaquam posset à iudice
liberationē impetrare, re-
pentè ad eius preces exiliés
è muro saxum quadrum,
inclusis exeundi aditum
patefecit, omnesq; effuge-
runt. Cùm autem non lon-
gè post eius obitum Sāctus
Ger-

Germanus Episcopus, ac
populus vniuersus membra
eius in nouam Basilicam
vellent trasferre, nec propter
ter sacelli angustiam, in
quo conditus fuerat, sacri
corporis extrahendi dare-
tur facultas, repente exci-

so diuinitus pariete, qui ad
pedes erat, omnes laudem
Deo dare caperunt, plu-
rimaq; Dñs in sancto suo
operat⁹ est miracula. **Res.**
Iste est, qui ante Deum.

In 3. nocturno. Homilia
in Euang. Homo quidam.

DIE SECUNDA MARTII.

Sancti Herculani Episcopi, & Martyris.

Oratio.

Deus, qui beatū Her-
culanum Martyrem
tuum virtute constantiae
in passione roborasti, con-
cede nobis, quæsumus, ut
eius intercessione in tuo
semper amore roboremur.
Per Dominum nostrum.

Lectio quarta.

Ex Beato Gregorio Dialog.

lib. 3. cap. 13.

Herculanus, Perusij
in maiore Ecclesia à
quodam probatissimæ vitæ
Canonico Regulari prima
religionis rudimenta edo-
ctus, ibique postea profes-
sus; ad tantam humilitatis
charitatis omniumq; vir-

tutum perfectionem ascen-
dit, ut defuncto ciuitatis E-
piscopo, omnibus uno con-
senſu efflagitatibus, in eius
locum fuerit electus. Qua-
in sede strenue adeò, ac re-
ligiosè se habuit, ut præter
omnia eius functionis mu-
nia egregiè persoluta, à di-
uinis, etiam die, noctuquè,
in Ecclesia persoluedis lau-
dibus, Missarumquè so-
lemniji, nullo vñquam ne-
gotio, nulla rerum moles-
tia, potuerit abduci. **Resp.**
Honestum fecit illum Do-
minus.

Lectio quinta.

Regularibus præterea
ceremonijs, atq; insti-
tutis,

tutisquam maximē delectatus, regularem in Ecclesia sua Canonicorum obseruantiam, cum non nihil à primæua institutione, qua ibi diutissimè floruerat, deflexisset, ad pristinum statum reformauit. Cū autem Totilas Gothorum Rex póst multas Italiz ciuitatibus illatas clades, Romamque ipsam incendio, ac euerione sine vlo penitus habitatore relictam, Perusium quoque pari sæviēs crudelitate deuenisset, ac post diurnam septem annorum obsidionem, demum ciuitatem cępisset: Episcopo Herculanō, detracta prius à ad talos usque corrigia, caput obtruncari, reliquum autem populum, qui inuentus fuisset, gladio perimi mandauit. **Resp.** Desiderium animæ eius.

Lectione sexta.

EXercitus autem Praefectus, tantam exhorrescens crudelitatem, obtruncato prius Episcopo, á

mortui corpore corrigiam detraxit, vt regijs mandatis videretur ob temperasse: mox corpus extrá muros proiecit: Canonicos vero gladio interemit. Quod quidam cum paruulo infante, qui ibi fuerat extensus, sepulturę tradidit. Cū autem quadragesimo post die, regis permisso, qui præ fame aufugerant ciues rediissent, Episcopi sui corpus diligentissimè exquirentes, cum obsitum iam vermisbus, atque consumptum pueruli corpus inuenissent, Episcopi corpus, ac si eadē hora sepultum esset, integrum, & quod mirabilius est, caput ita corpori vnitum, & tergus per omnia illæsum, ac si nulla interuenisset ferri incisio repererunt, quod honorificè intrá urbem deportantes, in Ecclesia Beati Petri Apostoli sepelierūt. **Resp.** Stola iucunditatis.

In 3.nocturno. Homilia in Euang. Si quis venit ad me,

COM-

COMMEMORATIO SANCTI Patris Augustini.

DIE XVII. MARTII.

In FESTO S. Patritij Episcopi, & Cōfessoris.

Oratio.

Deus, qui per beatum Patritium barbaras gentes ad tuæ lumen veritatis adduxisti, concede, quæsumus, tenebrescētem mundū in tuo semper magis splendescere seruitio. Per Dominum nostrum.

Lectio quarta.

Ex venerab. Beda presbit. tomo 3. per libr. duos.

Patritius ex Britannia magna insula religiosissimis parentibus originē trahens (fuit enim beati Martini Episcopi ex sorore nepos) Romam adolescens profectus, in Lateranensi Ecclesia Canonicorū Regulariū institutum amplectens, adeò ibi in pietate, sacrarum litterarū eru-

ditione, ac omnium virtutū genere profecit, vt deliberante Celestino Romanae vrbis Pontifice huius nominis primo, vnā cum Synodo, quis ad liberadas ab idolatria Hiberniæ gentes, quæ hodie Scotia dicitur, potissimum idoneus haberetur, omnium hæc fuerit sententia, neminem ad id muneris aptiorem inueniri posse, quam Patritium exactæ religionis, ac sanctitatis virum: angelici præterea vultus, coelesti sapiētia prædictum, ac virtutibus coruscantem. **Resp.**

Inueni Dauid.

Lectio quinta.

Igitur statim eum Pontifex in totius Hiberniæ metropolitanum,

Cvnā

cum Germano Canonico Lateranense consecratum, adiunctis etiam fidelibus socijs Axilio, ac Seruinio, pariter Lateranensibus Canoniciis, data benedictione, ad Sacrosanctum legationis eiusmodi munus destinauit. Qui cum in barbara, & idolis dedita natione, parum admodum proficeret, virtutibus tamèn, & portentis diuinitùs ostensis, ac inuidetate præser-tim virtute patientia, & charitatis, adeò profecit, ut aureæ demum vieloqnen-tiæ, barbaras ad se trahens nationes, totam insulam ad Euangelicæ veritatis lumē adduxerit. Cum autem Al-mogittus Rex prædicantis verbum intentissimè audi-ret, contigit, ut prædicās de Passione Christi vir Dei, miro cū feruore conuersus ad pendentem ē ligno Cru-cifixum, cuspidē, quam ma-nu tenebat, eius pedē vul-neraret. **Resp.** Posui adiu-torium.

Lectio sexta.

Q uod Rex, ex indu-stria, ratus, eū facere, aliás Christi fidē non posse se amplecti, nisi similia ipse quoque pro Domino pate-retur, patienter admodum pertulit. Aduertens autem vir Dei, simul, & obstupes-cēs, & pedē continuò sanauit, & hac ratione illumi-natū Regē ad Christi veritatē adduxit, & sacro fonte baptizauit. Cum itaq; sex-aginta annos in insula illa infatigabiliter Verbū Dei prædicās egisset, innume-risq; clarus esset miraculis (nam & sexaginta fertur mortuos adhuc viuēs susci-tasse) montē demum con-cédēs, vti alter Moyses, & Elias, toto sq; quadraginta dies, & noctes ieunās, mul-ta fertur Dūm pro insula illa, & rogasse, & obtinuisse. Annū demū agēs cētesimū vigesimū, suos ad Dei amorē pleniūs adhortatus, in pace obdormiuit. **Resp.** Iste est, qui ante Deum.

In 3. nocturno. Homil. in Euang. Homo quidam.
COM-

**COMMEMORATIO SANCTI
Patrii nostri Augustini.**

FESTA MAII. DE IIII.

**In Feste Sanctæ Monicæ matris Diui Pa-
tris Augustini.**

**Omnia de communi San-
ctorum nec virginum, nec
Martyrum, præter ea, quæ
hic sunt propria: & offi-
cium sit, ut tempore Pas-
chali.**

Oratio.

Deus, qui ad pias Bea-
tę Monicę lacrymas
Beatum Augustinum Ec-
clesiæ tuæ splēdidissimum
lumen concessisti: conce-
de nobis quęsum⁹: ut trius-
que interuentu, in tuo sem
per magis splendescere ser-
uitio. Per Dominum nos-
trum.

In primo nocturno.

De Epistola 1. Beati Pauli
Apostoli ad Timoth.
cap. 5.

Lectio prima.

VIduas honorā, quæ
verè viduæ sunt. Si-
qua autem vidua filios, aut
nepotes habet: discat pri-
mūm domum suam rege-
re, & mutuam vicem red-
dere parētibus. Hoc enim
acceptum est corām Deo.
Quę autem verè vidua est,
& desolata, speret in Deo,
& instet obsecrationibus,
& orationibus nocte, &
die. Nam quæ in delitijs
est viuēs, mortua est. **Resp.**
Veni electa mea.

Lectio secunda.

Et hoc præcipe, ut ir-
reprehensibiles sint.
Si quis autem suorum, &
C. 2 maxi-

maxime domesticorū cu-
ram non habet , fidem ne-
gauit , & est infideli dete-
rior . Vidua eligatur non
minus sexaginta annorum,
quæ fuerit vni⁹ viri vxor,
in operibus bonis testimo-
nium habens , si filios edu-
cauit, si hospitio recepit, si
Sanctorum pedes lauit , si
tribulationem patientibus
subministrauit, si omne o-
pus bonum subsequuta est.

Respons. Diffusa est gra-
tia.

Le^tio tertia.

ADolescentiores autē
viduas deuita . Cum
enim luxuriatæ fuerint in
Christo, nubere volūt: ha-
bentes damnationem, quia
primam fidem irritam fe-
cerunt. Simul autem & o-
tiosæ discunt circumire
domos: non solum otiosæ,
sed, & verbosæ, & curiosæ,
loquentes quæ non opor-
tet. Volo ergo iuniores nu-
bere, filios procreare , ma-
tres familias esse , nullam
occasione dare aduersa-
rio maledicti gratia. Iam e-

nim quēdam cōuersæ sunt
rētrō Satanam. Si quis fi-
delis habet viduas submi-
nistret illis , & non graue-
tur Ecclesia: ut ijs quē verē
viduæ sunt, sufficiat. **Resp.**
Specie tua.

In secundo nocturno.

Le^tio quarta.

*Ex venerabili Mapheo Regio
lib. de laudibus Beatae*

Monicæ.

Monica sobria, pudi-
ca, & in timore Do-
mini ab infantilibus annis
quām maxime fundata,
omnique virtutum genere
mirificè exornata, vbi ple-
nè facta est nubilis , nobili,
sed non Christiano viro
Patritio tradita est in ma-
trimonium. Qui cum esset
ira præferuidus, atque om-
ninō ferocissimus, benevo-
lentia tamen præcipuus: ita
nouit prudens, & pia vxor
illi conuersari, ac piē subij-
ci: omninoq; illi nunquam
resistere irato, vt nunquam
omninō auditū fuerit: Pa-
tritum vel vxorem cæci-
disse, vel vllā inter eos do-
mesti-

mesticam fuisse vnius diei dissensionē. **Resp.** Propter veritatem.

Lectio quinta.

QVarè castis adeó moribus illi se pulchram reddidit, ac reuerēter amabilem, quin, & admirabilem, vt assiduas pro eo ad Dominum fundēs preces, illum demūm sub extrema eius vitæ tempora, Domino meruerit cōciliare. Quo vita functo, castam, & operibus misericordiæ inten-tam viduitatem agebat. In assiduis verò ad Deum orationibus pro filio Augustino, qui in Manicheorum sectam inciderat, lacrymas effundebat. Quem etiam Mediolanum secuta frequenter hortabatur, vt ad Episcopum Ambrosium se conferret. Quod cum ille fecisset, eius & publicis eōcionibus, & priuatis colloquijs, fidei veritatem edocet, ab eodem baptizatus est: cum annū ageret etatis suæ trigesimum tertium.

Resp. Dilexisti iustitiam.

Lectio sexta.

QVi mōx in Africam reuertentes, cum ad Ostia Tyberina constitissent, filioque ipsa, post dulcissimā amborum de æterna beatorū vita colloquitionem, ac suauissimā degustationē, nulla se re amplius in hac vita delectari, aut retineri dixisset, cum eum iam, nedum, vt concupierat, Christianum, sed & Domino toto corde inferuentem videret. Ecce paulò post in febrem incidit. Quo in morbo cum eam, quodam die, anima defecisset, vt se collegit: Vbi, inquit, eram? & astantes intuens, eam potius in parria, mori desiderantes: ponite hic, inquit, corpus meum: nulla vos eius cura conturbet: tantum vos rogo, vt ad Altare Domini memineritis mei. Nono autem die beata mulier religiosissimam Deo animam reddidit. **Respons.** Falax gratia.

In tertio nocturno,

C 3 Le-

Lectio Sācti Euangēlij se-
cundū Lncā, cap. 7.

Lectio septima.

IN illo tempore: Ibat Ies-
sus in Ciuitatem, quæ
vocatur Naim, & ibant cū
eo discipuli eius, & turba
copiosa. Cum autem ap-
propinquaret portæ ciui-
tatis, eccè defunctus esse
rebat filius vnicus ma-
tris suæ. **Et reliqua.**

Homilia venerabilis Ma-
phei Vegij Laudēsis.

Legimus nuda, & aper-
ta Sancti Euāgelij ver-
ba, vidimus plorātis viduæ
filium à Saluatore nostro
Iesu vitæ restitutum: vidi-
mus, & tantum simul diui-
næ potentiaæ miraculū ve-
nerantes, plurimum delec-
tati sumus. Quòd si tā dul-
cis nobis visus est ipse sa-
crorum verborum cortex,
quid pietatis sentiemus,
quid gustabimus amplius,
si etiā latentem, recondi-
tumquè eorum sensum, al-
tiusque mysterium introf-
picere, indagātesq; pleniū
haurire voluerimus?

Os suum aperuit sapiētiæ.
Lectio octaua.

Nam cum omnes Sal-
uatoris nostri actio-
nes prētendant etiam figu-
ram aliarum rerum, mysti-
cum quiddam semper con-
tinentes: hoc loco præser-
tim Euāgelij huius tam ra-
rum, tamquè mirificum,
atque excellens factum,
non magna sinè ingentis
cuiuspiam futuræ rei præ-
figuratione, consumatum
esse cōfiteri debem⁹. Quid
verò aptum, & accōmoda-
tū magis, ne dicā prēstans,
& illustre, huic conferri
queat, quā Sāctissimę Mo-
nicę, cuius præsentē festū
diē agimus, pium, dulce, ac
omnibus consecrandū lit-
teris monimentū? Legimus
mortuū filium vnicū, flen-
tem matrē viduam, Iesum,
misericordia motum, susci-
tantē. **Resp.** Regnū mūdi.

Lectio nona.

Conuertamus huc aciē
mentis nostræ, con-
tēplemur tam insigne my-
steriū. Hic est enim ille ve-
rè

rè mortuus filius, Augustinus, in qua, qui Christo grauiussem infensus eternā, nimirum animē, morte obierat. Hæc est illa verè flens mater vidua. Hæc illa, pia mater Monica, quæ filium verę fidei aduersantem, Christoq; mortuū, diu atq; amare defleuit. Hic ille idē sus-

citor Iesus, qui misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere.

Reliqua ut in communione virginis, nec martyris.

TIn secundis vespere à Capit. fit de Conuersione Sancti Augustini. Cum cōmemoratione Sancte Monicæ.

DIE V. MAII.

In Conuersione Sancti Patris Augustini. Ad vesperas Capitulum.

Ecce Sacerdos magnus,
qui in vita sua, & cæt.
Hymnus: Magne Pater
Augustine. **Ver.** Ora pro
nobis Beate Pater Augustine
alleluia. **Resp.** vt digni
efficiamur promissionibus
Christi alleluia. **Vt in die**
Festi vigesima octaua Au-
gusti. **Ad Magnificat, in v-**
trisq; vespere, Aīa: Pr̄fcul
Sāctissime Augustine, &c.

Oratio.

DEUS, qui ad pias Beatę
Monicę lacrymas,

Beatū Augustinū ab erro-
rum nebulis, ad tuę lumę
perduxisti veritatis: da no-
bis, quæsumus: vtriusq; in-
teruētu à peccatorū nostro
rū tenebris, ad tuę semper
propius claritatē accedere
iustitiae. Per Dūm nostrū.

Ad Matutinum. Inuita-
torium: Maguus Domi-
nus, & laudabilis valde, &
Sapientiæ eius non est nu-
merus * Qui de tenebris
gentium, lumen Ecclesiæ
suę vocauit Augustinum.

Alle-

alleluia. Psalm. **Venite.**
Hymnus: Magne Pater.
 Ad noct. antiphonæ Psal-
 mi, & versus, ut in cōmu-
 ni Confessorum Pontifi-
 cum ad modum temporis
 Paschalis.

In primo nocturno.

Lectio prima.

**Incipit Epistola Beati Pauli
 Apostoli ad Romanos.**

PAULUS seru⁹ IESU CHRI-
 STI vocatus apostolus,
 segregatus in Euangeliū
 Dei, quod ante promiserat
 per Prophetas suos in Scri-
 pturis Sanctis de filio suo,
 qui factus est ei ex semi-
 ne DAVID secundūm car-
 nem, qui prædestinatus est
 filius Dei in virtute secun-
 dūm Spiritum sanctificationis,
 & resurrectionis
 mortuorum, IESU CHRISTI
 Domini nostri: per quem
 accepimus gratiam, & A-
 postolatum ad obediēdum
 fidei, in omnibus gētibus,
 pro nomine eius, in quibus
 estis, & vos vocati IESU
 CHRISTI. Omnibus, qui sunt
 Romæ dilectis Dei, voca-

tis sanctis. Gratia vobis, &
 pax à Deo Patre, & Do-
 mino nostro IESU CHRISTO.
Respos. Ut in communione
Confess. Pontific. Euge
 serue bone.

Lectio secunda.

Ex eadem Epistola, cap. 7.

INuenio igitur legē, vo-
 lenti mihi facere bonū,
 quoniā mihi mālū adiacet.
Cōdelector enim legi Dei
 secundūm interiorem ho-
 minem. Video autē aliam
 legem in membris meis re-
 pugnantem legi mentis
 meæ, & captiuantem me in
 lege peccati, quę est in mé-
 bris meis. Infoelix ego ho-
 mo, quis me liberabit de
 corpore mortis huius? Gra-
 tia Dei per IESUM CHRISTUM
 Dominū nostrum. **Resp.**
 Ecce sacerdos magnus.

Lectio tertia.

NOX præcessit, dies
 autem appropinquauit.
 Abijciatus ergo opera
 tenebrarum, & induamus
 arma lucis. Sicut in die, ho-
 nestè ambulemus: non in
 comedationibus, & ebrie-
 tati-

tatibus , non in cubilibus , & impudicitijs, non in cōtentione , & æmulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs. **Resp.** Iurauit Dominus.

In secundo nocturno.

Lectio quarta.

AVgustinus cum iam à Manichœorū errore deferuescere cæpisset, annum agens vigesimum nonum, Romā, vt ibi Rhetoricam edoceret: ac non multo post, inde Mediolanum , èadem de causa peruenit. Vbi cum frequētissimis in Ecclesia Ambrosij Episcopi sermonibus, atq; disputationibus, suspensus admodum adsisteret: primò ex animo eius pulsa est omnino eiusmodi errorū nebula , ita vt omnino , relinquentos decerneret esse Manichœos. Deinde, & sensim atquè paulatim in veritate Catholica , ita cæpit crudiri, atq; confirmari, vt sacrarum lectionum,

præsertim Diui Pauli Ap stoli lectione quām maximè delectatus: cæperit maximas in eius lectione, diuini luminis sentire irradiationes. **Resp.** Inueni David.

Lectio quinta.

VNde simplicianum audiens, eiusque cohortatus collocutione, cū præsertim illi, admirabilem Veterini illius magni Rhetoris cōuerisionem exposuisset: audita, & post modum Antonij illius Ægyptij mirabilium gestorum fama, cum omnino rumpere vellet moras , & omnia disrūpere cū retinentia vincula, decerneret: ecce oborta est ingēs lacrymarum procel la. **V**nde sub quadam fici arbore se prosternens, lacrymisque habenas laxans, dum amarissima cordis cōtritione, se ipsum procrastinantem, atque ad Dominum omnino cōuerti tardātem, increparet: vocem, quasi de vicina domo, audiuit, cum cantu sæpe repetē-

D tem.

tem. Tolle, lege, Tolle, lege. **Resp.** Posui adiutoriū.
Lectio sexta.

VNDE represso lacrymarum impetu, nihil aliud interpretas sibi diuinus iuberis: quam ut aperatum statim codicem legeret: aperuit, & legit: Induimini Dominū Iesum Christum, & carnis curā ne feceritis in desiderijs. Et statim, quasi infusa eius cordi securitatis luce, omnes ab eo dubietatis tenebræ diffugerunt. Vnde ad Dñm omnino conuersus, omnique abiecta vxoris, sæculi rerum, honoris cupiditate, nudus nudum sequi, ac nudis amoris brachijs, illum amplecti, atq; omnino inhærere, ex imo cordis fundo decreuit. Quarē aduentientibus (quæ non longè aberant) vnde mialibus fe rijs, cum Rhetoricæ professioni renunciasset, rurique nonnullos menses in diuinis libris, ac scriptitationibus, mira cum diuini amoris sensione fuisse ver

satus: aduenientibus Paschæ solēnijs, ab Episcopo Ambroso, magna cū Ecclesiæ exultatione est baptizatus: cum annum ætatis suæ ageret trigesimum tertium. **Repl.** Iste est, qui ante Deum.

In tertio nocturno:
Lectio Sancti Euangeli secundum Lucā, cap. 5.

Lectio septima.
IN illo tempore: erant apopinquaes ad Iesum publicani, & peccatores, ut audiret illū. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Lib. xl. Homilia 34.
Considerandum nobis est, fratres charissimi mei: cur Dominus plus dcōuersis peccatoribus, quā de astētibus iustis in cœlo, gaudiū esse fateatur. Vnde hoc? Nisi quod ipsi per quotidiam visionis expérimentum nouimus, quia plerumque hi, qui nullis se oppressos peccatorū malibus sciunt: stant quidem in via iustitiae, nulla illicita

per-

perpetrant; sed tamèn ad cœlestem patriam anxiè non anhelant: tantò que sibi in reb° licitis usum prebent, quantò se perpetrasse illicita nulla meminerunt: & plerunque pigri remanēt ad exercenda bona præcipua, quia valde sibi securi sunt, quod nulla cōmiserunt mala grauiora.

Resp. Amauit eum Dñs.

Leæcio octaua.

AT cōtra nonnunquam hi, qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compūcti, inardescunt in amore Dei, se seque in magnis virtutibus exercēt: & cuncta difficultia sancti certaminis appetunt, omnia mundi dēlinquunt, honores fugiūt, acceptis contumelijs lētatur, flagrant desiderio, ad cœlestem patriam anhelat. Et quia se errasse à Deo considerant, damna præcedentia, lucris sequentibus, recompensant. **Resp.** In medio Ecclesiæ. **Vt in com-**

muni Doctorum,

Leæcio nona.

MAius ergo de peccatore cōuerso, quām de stante iusto gaudium sit in cœlo: quia, & dux in prælio plus eum militem diligit, qui post fugam reversus, hostē fortitè premīt, quām illum, qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter gesit. Sic agricola illam amplius terrā amat, quæ post spinas vberes fruges profert, quām eam, quæ nunquam habuit spinas, & nunquam fertile messem produxit.

Ad laudes, & per horas.

Antiphonæ: Ecce Sacerdos magnus. Cum reliquis de communi Confessorum Pontificum. **Capitulū:** Ecce Sacerdos magnus, vt in vesperis. **Hymnus:** Cœli ciues applaudi-te, vt in die festi. **Vers.** Ora pro nobis, &c. **Ad Benedictus Antiphona:** Canon vitæ Canonizæ, &c.

Oratio vt supra.

Ad horas Capitula, vt

in die festi. Ad vesp. Anti-
phon. **Eccē Sacēdos mag-**
nus. Cum reliquis. Et P̄sal-
mi: vi in communi Cōfes-
sorū Pontificū. ¶ A Cap.

de Sancto Ioānnē, vt in
Breniario. Cōmemoratio
Sancti Augustini, antiphona
Vers. & Oratio, vt in
primis vesperis.

DIE XVI. MAI.

In Feste S. Vbaldi Episcopi, & Cōfessoris.

Oratio

Deus, qui per Beatum
Vbaldum seruū tuū
dœmones ab obseßis effu-
gas corporibus: effuga,
quæsumus, à nostris menti-
bus malarū impulsus co-
gitationum: vt illis nullá-
tenū assentientes, tibi to-
to corde inseruire meream-
mur. Per Dominum nos-
trū Iesum Christum, &c.

In secundo nocturno.

Lectio quarta.

Ex Catal. Sanct. lib. 5. c. 5.

VBaldus Eugubij no-
bili loco natus, in Ec-
clesia Sancti Secundi, pro-
pè ciuitatē clericus factus,
cum eam ex proprio pa-
trimonio, & ædificijs co-

lapsam restituisset, & redi-
ditibus locupletasset, ex
seculari etiam ad regularē
redegit obseruantiam. Ra-
uennam siquidem, ad no-
bile, ac religiosum Cano-
nicotū Regularium Sancte
Mariæ in Portu, Collegiū
profectus, ibiq; tres men-
ses commoratus, cum or-
dinis eius, & regulam, &
institutiones diligētissimè
dīdicisset, easque in scrip-
turis redactas ad clericos
suos detulisset: vñā cum
tribus tantummodò (reli-
quis abeuntibus, quod ar-
cta animis regula vidererur)
regularē ibi obseruantia
instaurauit. Cum autē Pe-
rusij Episcopus esset elec-
tus,

tus, ad eremum fugiens, tandem ibi latuit, donec alter subrogaretur. Alibi etiam Episcopus electus, pedestris Romam adjit, ac instanta multa, ab Honorio Secundo resignationem obtinuit. **Resp.** Inueni David.

Lectio quinta.

CVM autem Eugubij defunctus esset Episcopus, dissentientibus in electione ciuibus, & aliquo de Romana Curia à Summo Pontifice petentibus: Pontifex ipse diuinitùs inspiratus, neminem illis, nisi Vbaldum ciuem, Episcopum concessit. Qui cū tanto oneri nequaquam se parrem obnixè affereret: obediētia tamen victus, humiliter acquieuit. Quo in munere, cum omni virtutum genere, tum verò tāta entuit patientiæ virtute, vt cum quidam eum, opus in Episcopalis vineæ damnū, & iniuriam humiliter fieri prohibentem, cum iniuria repulsum in cāmentum conieisset: patientissimè

tamen id ferens, volentes etiam omnino ciues, & affines tales iniuriam vlcisci, haudquaque permisit. Qui etiam miraculis ita clarus extitit, vt inter cetera, Federici Imperatoris furorem aduersus Eugubinos, è lecto, licet ægrotus, exurgens: primò statim occursu, omnino placuerit, & obsessam à foederatis ciuitatibus patriam, edito Crucis signo, statim liberauerit. **Resp.** Posui adiut.

Lectio sexta.

IAM verò Senex, & abstinentijs, laboribusque fatigatus, in morbum incidit valde cruciabilem: minutissimis namque vlceribus, ex quibus infinita defluebat sanies, totum eius corpus oppletum, durissimis torquebatur doloribus. Quos nedum patienter, sed & sine intermissione Deum laudans: à Quadragesima usque ad Domini Resurrectionem, perferebat. Quod die, ciuibus eum rogantibus, vt Missa-

rum solēnia celebraret, cū
id minimē se posse respon-
deret: accedēs, & ciuitatis
Rector, cum obnixissimē
eum rogasset, precibus de-
mum victus: nullo prorsus
humano fultus auxilio, ili-
co è strato exiliēs, & Mis-
sam solēnem celebrauit, &
prolixam vsq; ad medium
diem, populo suo sermonē,
vice testamēti, habuit. Quo
facto, ad lectum rediēs, fe-

briū rigore accerrimē con-
cussus: feria demum Pen-
tecostes secunda, orans, &
& psallens ad Dominū mi-
grauit. Cuius corpus usquē
in presentē diem integrū,
& incorruptū manet: mi-
raculis clarum, præsertim
ad dœmones effugandos.

Ref. Iste est, qui ante Deū.

In tertio nocturno. Ho-
milia in Euangelium. Ho-
mo quidam.

DIE XX. MAII.

In Feste S. Iuonis Episcopi, & Cōfessoris.

Oratio.

Deus, qui pēr Beatum
Iuonem Canonicum
Ordinē in Gallicana Eccle-
sia reformare dignatus es:
præsta, quæsumus, vt eius
exemplo in melius quoti-
die reformemur. Per Do-
minum nostrum,

In secundo nocturno.

Lectio quarta.

De Script. Eccles. fo. 19. pa. i.

I Vo Beluacensis Præpo-

situs, & postea Carnotē-
sis Episcopus, sub tempora
Gregorij septimi, Canoni-
cum Ordinē, in Beluacensi
Ecclesia, mirabili feroce
instaurauit, atq; propaga-
uit. Fuit is vir Canonū in-
terpres subtilissimus, & in
diuinis Scripturis exercita-
tissim⁹. Vnde, & Patrū de-
creta in vnū volumē rede-
git: Quod, Decretū Iuonis,
appellatur. Is de se ita testa-
tur

tur in Epistola ad Manasse Remorū Archiepiscopū: quām crebris luporum incursionibus aggrauata sit Beluacensis Ecclesia, non est necessariū vestram docere prudentiam. Sed quia Ecclesia illa in Christo me genuit, & fundamēta religionis in me posuit: cū illa infirmatur, non possum non infirmari. Et alibi Canonicos suos, in Beluacensi Ecclesia, itā charitatis visceribus adhortatur. Prēsens animo, corpore verō absens exopto, & exhor-

tor, vt pacem se temini, & sanctimoniam: hæc voulitis, hæc debetis, hæc exhibeatis magis. Per hæc, bono odore diffuso, qui hactenus à vobis processit, & facultates Ecclesiæ vestræ multiplicabitis, & cūcti de virtute in virtutem, vt filij pacis, in pace in id ipsū dormietis. **Ref. Inueni David.**

Lectio quinta, & sexta.
De sermone Sancti Maximini Episcopi. Ad Sancti, ac beatissimi Patris nostri, &c

In 3. noctur. Homilia in Euang. Homo quidam:

FESTA IVNII. DIE I.

COMMEMORATIO SANCTI Patris Augustini.

DIE XV. IVNII.

In Feste Sancti Bernardi confessoris.

Oratio.

Deus, qui Beato Bernardo seruo tuo vir-

tutem alligandi Sathanam tribuisti, da nobis, quæsumus, virtutem inter-

internum nostrū semp̄e
alligandi aduersarium. Per
Dominum nostrum.

In secundo nocturno.

Lectio quarta.

Bernardus ex Augusta
prætoria nobilibus pa-
rentibus originem trahēs:
adolescens, Diui Augusti-
ni Canonicorum Regula-
rium institutum in eādem
ciuitate in Diui Vrsi Eccle-
sia est amplexus. Quo in
loco humilitèr, patientēr,
ac summa cum charitate se
habens sacrarum etiā scrip-
turarum lectioni, atque
meditationi indesinenter
inuigilans, totumque di-
uinæ contemplationi se
tradens, adeò profecit,
vt ab omnibus dignus iu-
dicaretur, qui plurimorum
promouēdæ saluti, ac præ-
dicationis sacræ munus de-
stinaretur. Quare iniuncto
sibi oneri satisfacere cu-
piens, tanta cū spiritus effi-
cacia, ac scientiæ profundite,
prædicationi cæpit in-
sistere, vt omnes in eo mi-
rarentur, cū sensuum pro-

funditatem, tum verò in-
habitatis in eo Sancti Spi-
ritus virtutem: qua miro
discretionis pôdere verba
sua librans, ac perpendēs,
cunctis, vti opus erat, suum
applicabat sermonem, iam
terrens, iam lætificans, iam
consolans, iam deiiciens,
auarosque præcipue, ac cō-
cubinarios, crudeles, ac Si-
moniacos accerrimè incre-
pans, omni doctrina, & pa-
tiētia ad Dominum stude-
bat conuertere. **Resp.** Ho-
nestum fecit illum Domi-
nus.

Lectio quinta.

Laborantem autem in-
defessè, & per vicos, &
Castella circumquaq; dis-
currentem, tanta Dominus
perfudit gratia, vt nedum
innumerabiles ad Deum
conuerteret animas, sed, &
dœmonibus ipsis esset for-
midabilis, atque omnino
imperaret. Præ cæteris au-
tem, dum in monte Iouis
dœmonum innumerabile
turbam reperisset, infinita
incolis damna inferentia:

ac

ac præ cæteris, vnum miserabiliter transeutes vexantem, edo & o prius populo uti ob eorum peccata, huiuscemodi Deus flagella permitteret, cum eos ad pœnitentiam reduxisset, ad locum accedens terribili occurrentem aspectu dœmonem, in nomine Domini Iesu Christi adiuras, uti catulū, illico ligauit, & ad desertum locum ducēs, ne omnino cuiquam noceret, in nomine Sanctissimæ Trinitatis præcepit. Alia autem plurima perpetrauit miracula, inter quæ, & mortuos tres ad vitam reuocauit. **Resp.** Amauit eum Dominus.

Lectio sexta.

Quidem Nouariæ rediens, in Cœnobio Sancti Laurentij, Ordinis eiusdem, per benignè sus-

ceptus: in febrim incidit: qua, per septem hebdomadas, accerrimè correptus, non tamen interim à diuinis colloquijs, & oratione cessabat, Sacrosanctumque Domini Corpus quotidie, confessione præmissa, deuotissimè sumebat. Sicque ad extremam horam veniens, omnibus pacem relinquens, & ipse in pace in Domino obdormiuit. Quæ innumera subsequuta sunt miracula. Cuius caput, postea tempore procedente, in montem Louis est translatum: corpus autem in ipsa Sancti Laurentij Ecclesia requiescit. Floruit autem vir Sanctus, Gregorio Septimo Pontifice, & Hérico Tertio Imperatore. Anno salutis nostræ millesimo. septuagesimo quarto. **Resp.** Iste homo.

In 3. noct. Homilia super Euang. Si sit lumbi vestri.

MENSE IULIO. DIE VIII.

COMMEMORATIO SANCTI
Patris Augustini.

FESTA AVGUSTI. DIE 28.

In Feste Beatissimi Patris nostri Augustini.

Hipponensis Episcopi.

Ad Vesperas. Antiphona.

Lætare mater nostra Hierusalem: quia Rex tuus dispensatorem strenuum, & cium fidelissimum de seruitute Babylonis tibi redemit Augustinum.

Psal. **Dixit Dominus. Cū reliquis de Dominica. In fine, Psalm. Laudate Domum omnes gentes.**

Antiphona.

Huius mater deuotissima, quæ carne prius pepererat mundo, charitatis visceribus postmodum multo semine lachrymarum genuit Christo. **Antiphona.**

Distulit tamè diù baptis-
mi gratiā: quia tumens ina-
ni philosophia volebat hu-
mana ratione comprehen-
dere, quod pia mens viua-
citate fidei nimirum appre-
hendere. **Antiphona.** Sur-
gens autem, post multos cir-
cuitus errorum, circuibat ci-
uitatem, per vicos, & plateas,
quæredo verum animæ vi-
rum, pro quo, ne morere-
tur, dignum iudicaret mori,
ut eius semper inhæceret a-
mori. **Antiphona.** Inuen-
tus igitur a custodibus ci-
uitatis, & pallio vetustatis
exutus, diligenter pertrac-
rata

tata cum illis veritate, quē
desiderabat inuenit, & cas-
tis eius amplexibus arden-
ter inhæsit.

Capitulum. Eccles. 50.

Ecce Sacerdos magnus,

H Y M N V S,

MAgne Pater Augus-
tinē

Preces nostras suscipe,
Et per eas Conditori
Nos placere satage,
Atq; rege Gregē tuum
Summū decus Præfulū.

Amatorem paupertatis
Te collaudāt pauperes,
Assertorem veritatis,
Amant veri Iudices,
Frāgis nobis fauos mel-
lis,

De Scripturis differens,

Quæ obscura priùs erant,
Nobis plana faciens:
Tu de verbis Saluatoris,
Dulcem panem cōficias,
Et propinas potū vitæ,
De Psalmorū nectare.

Tu de vita Clericorum,
Sanctam scribis regulā,
Quam qui amant, & se-
quuntur,

qui in vita sua suffulsi
domum, & in diebus suis
corroborauit templum, tē-
pli etiā altitudo ab ipso fun-
data est, duplex ædificatio,
& excelsi parietes templi,

Viam tenent regiam,
Atq; tuo sancto ductu;
Redeunt ad patriam.

Regi regum salus, vita,
Decus, & imperium:
Trinitati laus, & honor
Sit per omne s̄eculum,
Qui cōciues nos ascribat
Supernorum ciuium.

Amen.

Vers. Ora pro nobis Bea-
te Pater Augustine.

Resp. Ut digni efficiamur
promissionibus Christi.

Ad Magnificat. Antiph.

Adest nobis dies cele-
bris, quo solutus ne-
xu carnis, Sanctus Præfus
Augustinus, assumptus est
cū Angelis: vbi gaudet cū
Prophetis: ietatur cūm A-
postolis: quorū plenus spi-
ritu, quæ p̄ædixerūt mys-
tica, fecit nobis peruria: post

E 2 quos,

quos, fœcūda dispensandi Verbi Dei, primus refuisit gratia.

Oratio.

Deus, qui Beatum Augustinum, Ecclesiaz tuæ, in exponendis Sacræ Scripturæ mysterijs, Doctorem optimum, & electum Antistitem prouidisti: da nobis, quæsumus, eius semper, & doctrinis instrui, & oratione fulciri.

Per Domium, &c.

Et non sit Commemoratio de Sancto Hermete.

Ad Matutinum. In uitatorium.

MAgnes Dominus, & laudabilis valde, & Sapientiaz eius non est numerus. * Qui de tenebris gentium lumen Ecclesiaz suaz vocavit Augustinum.

Psalm. Venite. **H**ymnus: Magne Pater. In primō nocturno. **A**ntiphona. Aperuit Augustinus codicē Apostolicum, & coniectis oculis ad primum capitulum, legit: Induimini Dominum Iesum Christum:

& statim, quasi infusa luce securitatis, ab eo omnes dubietatis tenebræ diffugerunt. **P**salms. Beatus vir. **A**ntiphona. Insinuat ergò, pèr litteras, Sancto viro Ambrosio præsens votum suum: vt moneret quid sibi de libris Sæctis legandū esset, quo percipiendæ Christianæ gratiæ aptior fieret, atq; p̄arrior.

Psalms. Quare fremuerūt.

Antiphona. At ille iussit, Isaiam Prophetam: quod præ cæteris Euangelij, vocationisque gentiū sit prænuntiator apertior. **P**salms. Domine quid multiplicasti.

Vers. Amavit eum Dominus, &c.

De Libro Ecclesiastici,
cap. 50.

Lectio prima.

Ecce Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulxit domum, & in diebus suis corroborauit templum. Tépli etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio, & excelsi parietes templi. In diebus ipsius,

cma-

emanauerunt putei aquarum, & quasi mare adim-
pleti sunt suprā modū. Qui curauit gentem suam,
& liberauit eam à perditio-
ne. Qui præualuit amplifi-
care ciuitatem, qui adeptus
est gloriam in consuetudi-
ne gentis: & ingressum do-
mus, & atrij amplificauit.
Tu autem Dom.

Resp. Inuenit se Augusti-
nus longè esse á Deo, in re-
gione dissimilitudinis: tan-
quam audiret vocem Dei
de excelso. * Cibus sum
grandium cresce, & man-
ducabis me. **Vers.** Néc
tu me mutabis in te, sicut
cibum carnis tuæ, sed tu
mutaberis in me. * Cibus
sum grandium.

Lectio secunda.

Quasi stella matutina
in medio nebulæ, &
quasi Luna plena in diebus
suis lucet. Et quasi Sol re-
fulgens, sic ille effulsit in
templo Dei. Quasi arcus
refulgēs inter nebulas glo-
riæ, & quasi flos rosarum
in diebus vernis, & quasi

lilia, quæ sunt in transitu
aquæ, & quasi thus redolēs
in diebus æstatis. Quasi ig-
nis effulgens, & thus ardēs
in igne. Quasi vas auri soli-
dum ornatum omni lapide
pretioso. Quasi oliua pul-
lulans, & cypressus in alti-
tudinem se extollens.

Resp. Sensit igitur, & ex-
pertus est non esse mirum,
quod palato non sano pœ-
na est panis, qui sano est
suanis. * Et oculis è gris o-
diosa est lux, quæ puris est
amabilis. **Vers.** Propter
iniquitatem corripuisti ho-
minem, & tabescere fecis-
ti, sicut araneam animam
ei. * Et oculis æ gris, &c.

Lectio tertia.

In accipiēdo ipsum sto-
lam gloriæ, & vestiri eū
in cōsummatione virtutis.
In ascensu altaris Sancti,
gloriam dedit sanctitatis a-
mictum. In accipiendo au-
tem partes de manu Sacer-
dotum, & ipse stans iuxta
aram. Et circà illum coro-
na fratrum: quasi plantatio
cedri in monte Libano, sic

circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria sua.

Resp. Tunc verò inuisibilità Dei pér ea, quæ facta sunt intellecta conspexit, sed aciem figere nō valuit.

* Quia nō secùm ferebat, nisi amantem memoriam, & quasi olfacta desiderantē, quæ comedere nōdū posset. **Vers.** Quid autem sacramenti haberet: Verbum caro factum est: nèc suspicari quidem poterat.

* Quia nō secùm ferebat. Gloria Patri. * Quia.

In secundo nocturno.

Antiphona.

Verumtamen, primā huius lectionem non intelligens, totumquè tale arbitrans, distulit repetendū exercitatio in Dominico eloquio. **Psal.** Cum inuocaré. **Antiphona.** Indè, ubi tēpus aduènit, quo nomen eum dare oportet, relicto rure, Mediolanum remeans baptizatus est à Beato Ambrosio: fugitq; ab eo sollicitudo vitæ

præteritæ. **Psalm.** Verba mea. **Antiphona.** Nèc satiabatur illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij diuinæ super salutē generis humani. **Psal.** Dñe Dñs noster. **Vers.** Elegit eū Dominus. **Resp.** Ad sacrificandum.

Lectio quarta.

Ex Posidonio Calamēsi Episcopo de vita P. Augusti.

Augustinus Pater, ac Patriarcha noster inclytus, Tagastæ in Africa honestis parētibus, Matre Christiana, ac piissima Monica, patre Patritio, (quē & ipsum, in extremis, Dño vxor est lucrata) ortus est. Puer, parentū impensis, ac diligentia, primas eruditus litteras, ita brevi postea ingenij celeritate, memoriæ vigore, disputādi acumine, profecit, ut ad summi doctrinarū omnium, (nemine fecer hominū tradente) pervenerit. Cū autē adolescēs, aliquandò fuisset Manichœrū errore seductus, defruescere tamē iām ab illo errore

errore cæpisset: Romā, annū agēs vnde uigesimū, vt Rhetoricam ibi edoceret, ac nō multò post inde Mediolanū, cādē de causa peruenit. Vbi, cū frequens Ambrosij Mediolanensis Episcopi esset auditor, eius opera, Catholicæ veritatis studio sensim, ac paulatim incensus, demūq; confirmatus, ac verè conuersus, adueniētibus Paschalib⁹ solēnijs, ab eodem sacro est baptismatis fōte renatus, cū annū ageret ætatis suæ trigesimū tertium. **Resp.** Itaq; audiſſimē legere cœpit, præ cæteris, Apostolū Paulum.

* Et perierunt illæ quæſtiones, in quibus, aliquādō viſus est ei, aduersari testimonijs legis, & prophetarum, textus sermonū eius. **Vers.** Et apparuit ei vna facies eloquiorum castorum, & exultare cū tremore dedit. * Et perierunt.

Lectio quinta.

Quā mōx, vt in patriā reuerteretur, Romā pergés, indēq; non multò

pōst in Africam traiſciens, cū fermē triennio, mira ſanctitatis, ac doctrinę opinionē, vitā cū amicis, apud agros proprios egiffet: à Beato Valerio Hippoñēſi Episcopo præſbyter inuitus ordinatur. Qui mox clericorū familiā instituit, quos uſitato iā anteā vocabulo, Canonicos Regulares appellamus, quibus cū, victu cōmuni, eodemq; cultu vtes, eos ad Apostolicę vitę, ac disciplinæ normā (præſcripta etiam eis regula, quā hūc uſquè obſeruant) diligenteriſſimē erudiebat. Cum autē Manichæorum vigēret heresis, vehementius in illam inuehi cœpit. Fortunatumq; heresiarcham publicè confutauit. Qua Augustini pietate commotus Valerius, eum adiutorem adhibuit Episcopalis officij. Nihil illo humiliū, nihil continentius. Lectus, ac uestitus moderatus, vulgaris mensa, quam ſemp̄r ſacra, vel lectione, vel diputatione condiebat.

Ad

Ad pauperum inopiam sustentandam, cùm alia nòn esset facultas, etiàm sacra vasa frangebat. Fœminarū, & in eis, sororis, & fratris filiæ contubernium, familiaritatemque vitauit. **Responſ.** Misit ergò Dominus in mentem eius, viſumquē est ei bonum in conspectu eius, pergere ad Simplicianum. * Qui ei bonus apparebat ſetuus Dei, & lucebat in eo gratia diuina. **Vers.** Audierat enim quód à iuuéture sua deuotissimè Deo viueret: & verè ſic erat. * Qui ei bonus.

Lectio ſexta.

Nillum finem fecit prædicandi Dei Verbum. Hęreticos insectatus, & corā, & scriptis, ác nullo loco paſſus conſistere, Aphricam præſertim à plurimarum hæreſeōn errore liberavit. Tām multa piè ſubtiliter, & copiosè ſcripſit, vt Christianam doctri-nam omnium maximè il-luſtrarit. Quem in primis

ſecuti ſunt, qui poſteā Theo logicam disciplinam via, & ratione tradiderunt. Vandalis Hippoñem tertium iām mensem obſidētibus, in febrim incidit. Itaque, cùm diſceſſum ē vita ſibi instare intelligeret, Psal-mos Dauid, qui àd poenitentiam pertinent, in conſpectu poſitos, profuſis lacrymis legebat. Solebat autem dicere, neminem, & ſi nullius ſceleris ſibi cōſcius eſſet, committere debere, vt ſine digna, & compétenti poenitētia migraret ē vita. Ergò ſenfibus integris, in oratione defixus, aſtātibus fratribus, & orantibus, migrauit in cœlū: Cœleſtino primo Pontifice, anno ſalutis circiter quadringen-timo trigesimo. Cūm vi-xiſſet annos ſeptuaginta ſex, in Episcopatu, & clericatu, àd quadraginta. **Reſp.** Volebat enim conſeruenti æſtus ſuos, vt proferret, quis aptus eſſet modus viuendi ſic affecto, vt ipſe erat, ad ambulandum in via Dœi,

Dei * In qua, alias sic, aliis sic ibat. **Vers.** Displi-
cebat enim ei quicquid age-
bat, in sæculo, præ dulcedi-
ne Dei, & decore domus
eius, quam dilexit. * In
qua. Gloria Patri. * In
qua.

In tertio nocturno.

Antiphona.

Flebat autem uberrimè
in hymnis, & canticis
suave sonatis Ecclesiæ vo-
cibus vehementer affectus.
Psal. Domine quis habita-
bit? **Aña.** Voces igitur illæ
influebant auribus eius: &
eliquebatur veritas in cor
eius. & fluebant lacrymæ,
& benè illi erat cum illis.
Psal. Dñe in virtute tua.
Aña. Adiunctus inde Ne-
bridio, & Euodio remea-
bat ad Africam, querens
quis eos ad benè viuedum
loc' haberet utilius: sed cū
essent apud Ostia Tyberi-
na, pia mater eius defuncta
est. **Psal.** Domini est ter-
ra. **Vers.** Tu es Sacerdos
in ætern. **Resp.** Secundum
ordinem Melchisedech.

Lectio septima,

Lectio Sæcti Euangeli se-
cundum Matthæum.
cap. 5.

In illo tempore: dixit
Iesus Discipulis suis:
Vos estis sal tertæ; quod si
sal euanuerit, in quo salie-
tur? Et reliqua.

Homilia Sancti Ioannis
Chrysostomi.

*Homil. 10. ex cap. 5. statim in
initio in imperfecto.*

Quasi interrogantibus
Apostolis, ad quos sit
omnia ista loquutus, vtrum
generaliter ad populū, aut
ad ipsos: volens ostendere,
quoniam ad ipsos præcipue
hæc loquebatur, addidit:
Vos estis sal terræ. Hoc,
quod dixit: Vos estis sal
terræ, ad illud respicit,
quod superius dixit: qui à
docto omnibus virtutibus
debet esse ornatus. **Resp.**
vulnerauerat charitas Chri-
sti cor eius, & gestabat ver-
ba eius in visceribus, quasi
sagittas acutas. * Et exē-
pla seruorum Dei, quos de
mortuis viuos fecerat, tan-

F quam

quām carbones vastatores.
Vers. Ascendēti à conual-
 le plorationis , & cantanti
 canticum graduum dede-
 rat sagittas acūtas. * Et
 exempla.

Lectio octaua.

Debet esse pauper , vt
 auaritiam libera voce
 castiget. Debet esse semper
 suspitans , & lugēs , siuē sua ,
 siuē aliena delicta , vt con-
 fundat eos , qui nec peccare
 dubitat priusquām peccēt ,
 nec poslquām peccauerint ,
 tristātur , quiā peccauerūt .
 Ideō suspirat , & plangat ,
 vt per hoc ostendat , quia
 granis , & periculofus est
 mūdus iste fidelibus. **Ref.**
 Accepta baptīsmi gratia ,
 positus apud Ostia Tybe-
 rīna , cùm Matre sua , collo-
 quebātur soli valde dulci-
 tēr. * Et inhiabāt ore cor-
 dis patitēr , in superna fluē-
 ta fontis vitæ , vilescebatq;
 mundus iste inter verba ,
 cùm delestationibus suis.
Vers. Tunc ait illa filio ,
 nulla re iām delector in hac
 vita , cùm te , contēpta sœ-

licitatē terrena , videā ser-
 um Dei. * Et inhiabant.
Gloria Patri. * Et inhia-
 bant.

Lectio nona.

Debet esuriens , & si-
 tiens esse iustitiam :
 vt pigros circā opera bo-
 na , vel lectionem , fiducia-
 liter verbo Dei , aut incre-
 pationis flagello , valeat ex-
 citātē , magis exemplo suo ,
 quā voce. Debet esse man-
 suetus , vt magis indulgen-
 do , quām vindicando , re-
 gat Ecclesiam : vt magis a-
 metur , quā timeatur. De-
 bet esse misericors alijs , si-
 bi autem austerus : vt sibi
 quidem graue pondus ius-
 titiz ponat , alijs autem le-
 ue.

Ad laudes , & per horas

Antiphona.

Post mortem matris , re-
 versus est Augustinus
 ad agros proprios , vbi cùm
 amicis ieunijs , & orationi-
 bus vacās , scribebat libros ,
 & docebat indoctos. **Psal.**
 Dominus regnauit . Cum
 reliquis.

Anti-

Antiphona. Comperta autem eius fama, Beatus Valerius Hipponensis Episcopus, eum à populo apprehensum, ac sibi presentatum, licet inuitum, presbyterum ordinavit. **Aña.** Fatus ergò presbyter, Monasteriū Clericorum mox instituit, & cæpit viuere secundū regulā sub Sanctis Apostolis cōstitutam.

Antiphona. Sāctus autem Valerius ordinator eius

exultabat vberius, hominem sibi talem datū diuinatus, qui, in doctrina fana ædificare Ecclesiam, esset idoneus. **Antiphona.** Eodem tempore, Fortunatus presbyter, Manichæorum versutia plurimos sedebat, quem Sanctus Augustinus, in conuentu omniū disputans, publicē superauit.

Capitulum. Ecce Sacerdos Magnus: *vt in vesp.*

H Y M N V S.

Cœli ciues applaudite.
Et vos fratres concinite.

Patris nostri solemnia,
Solis reduxit orbita.

Hinc ergò Psalmi resonēt,
Hinc lectiones cōcrepēt,
Et Hymnorū dulcissima
Multiplicantur cantica.

Quod lingua foris personat,
Intus affectus sentiat:
Nec imitari pigeat,
Quod laudare mens approbat.

Hūc, pōst mūdi curricula,
Cœli suscepit curia,
Quem, cū suis fidelibus,
Iam salutauit Dominus.

Conemur totis viribus,
Iungamus preces precibus,

Vt. Augustini meritis,
Cœli fruamur gaudijs.

Præsta Pater piissime,
Patriquè compar vnicē,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne sæculum.

Amen.

F 2

Vers.

Vers. Ora pro nobis.

Resp. Ut digni efficiamur.

Ad Benedictus. Aña.

IN diebus eius, obsessa
est ciuitas Hipponeñsis
ab exercitu barbarorum:
inter quę mala, fuerūt Au-
gustino lacrymæ suæ, pa-
nes, die, ac nocte: Atque
sub hoc euentu ad extre-
mam horam veniēs obdor-
mīuit in pace.

Oratio.

Deus, qui Beatum Au-
gustinum. Et non sit
com. de S. Hermete.

Ad Tertiam. Antiphona. Comperta autē. **Cap.**
Ecce Sacerdos magn⁹, qui
in vita sua. **Respons. bre.**
Amauit eum Dominus. *
Et ornauit eū. **Vers.** Sto-
lam gloriæ induit eum. *
Et ornauit eū. **Gloria Pa-**
tri. Amauit eū Dominus.
Vers. Elegit eum Domi-
nus Sacerdotem sibi. **Ref.**
Ad sacrificandum ei hostiā
laudis.

Ad Sextam. Aña.

Factus ergo. Cap.

Eccles. **I**N diebus ipsius
50.

emanauerūt putei aquarū,
& quasi mare adimplete sūt
suprá modum, qui curauit
gentem suam, & liberauit
eam á perditione. **Resp.**
bre. Elegit eum Dominus
Sacerdotē sibi. **Vers.** Ad
sacrificandum ei hostiam
laudis. * Sacerdotem sibi.
Gloria Patri. Elegit eum
Dominus. **Vers.** Tu es
Sacerdos in æternū. **Resp.**
Secundūm ordinem Mel-
chisedech.

Ad Nonam. Antiphona.

Eodem tempore. Cap.
Eccles. **Q** Vasi Stella
go. matutina in
medio nebulæ, & quasi
Luna plena in diebus
suis lucet, & quasi Sol re-
fulgens, sic ille effulsit in
templo Dei.

Resp. bre. Tu es Sacer-
dos * in æternum. **Vers.**
Secundūm ordinem Mel-
chisedech. * In æternum.
Gloria Patri. Tu es Sacer-
dos. **Vers.** Iustum dedu-
xit Dominus pér vias rec-
tas. **Resp.** Et ostendit illi
regnum Dei.

Ad

Ad Vesperas. Antiphona.
Post mortē Matris. **Cum reliquis.** Psal. Dixit Dominus. **Cum reliquis.** In fine. Memento Domine Dauid. Cap. Hymn. & Vers. vt in primis vespereis.

Ad Magnificat. Aña.

Hodie gloriosus Pater Augustinus, dissoluta hui⁹ habitationis domo, domum nō manū factam

accepit in cœlis: quam sibi (cooperante Dei gratia) manu, lingua fabrefecit in terris, ubi iam, quod sit iuit internum, gustat eternum: decoratus una stola, securusquè de reliqua.

Oratio.

Deus, qui Beatum Augustinum. Et fit Cōmemoratio de S. Ioāne, & nihil de S. Sabina.

DIE XXIX.

AVGVSTI.

Secunda die infrà Octauam Sancti Augustini Patris nostri. Fit de Decollatione Sancti Ioannis, cum cōmemoratione Octauæ, & Sanctæ Sabinæ. ¶ Reliquis diebus fit de Octaua, cum commemoratione festorum simplicium occurrentium. ¶ De Dominica autē, si venerit infra Octauam fit de ea, cum comm. Octauæ. Et tunc letiones illi diei assignatae omittuntur. ¶ Si autem venerit in Octaua: fit de

Octaua, cum cōm. Dominicæ. ¶ In vespereis, pōst comm. Octauæ: fit sequēs, pro Sanctis Felice, & Adauðo mart. Antiphona. Iffitorum est enim. Vers. Letamini in Domino.

Oratio.

Marie statem tuam Domine supplices extramus, ut sicut nos iugiter Sanctorum tuorum commemoratione lētificas; ita semper supplicatione defendas. Per Dominū nostrum.

F 3 DIE

DIE XXX. AVGUSTI.

Tertia die infra Octauam Sancti Augustini. In uitatorium. Hymni, Antiphonæ, Psalma. Vers. Capituli, & Oratio sicut in die.

In primo nocturno, Lectiones de Script. occur.

In secundo nocturno;
Lectio quarta.

QVÆ de Beatissimo Patre nostro Augustino, primo eius festivitatis die, summatim perstrinximus, eadem nunc aliquanto latiori stylo, seu, & quædam alia insigniora eius gesta, ex plurimis pauca, quantum proposita patietur lectiōnum breuitas, prosequimur. Natus itaque, ut dictum est, honestis, ac Christianis parentibus ingeniosus puer, corum

opera; ac impensis, saecularibus litteris apprimè est eruditus. In quibus adeò profecit, vt breui succedente tempore, omnes artium, quas liberales vocant, libros, quoscumque legere potuerit, à semetipso, & legerit, & intellexerit. Quicquid de arte loquendi est, & differendi, quicquid de dimensionibus figurarum, & de Musicis, & de numeris, sine magna difficultate, nullo hominum tradente, intellexerit. Verum, cum annum, ageret

agērēt vndeūigēsum , defuncto iam ante bienium patre , in Manichæorum incidit errorem. In quo , cùm per nouem fermè annos iacuisset, cognito demùm , quēm videre , & alloqui , diuturno nimis desiderio desiderauerat , Fausto Manichæorum Hæresiarcha , cùm imperitum illum artium earum , quibus eum excellere putauerat , comperisset , cæpit ab eo deferuerēre errore. **Respons.** Itaque audissimè,

Lectio quinta.

Eodem tempore annum agens vigesimum nonum : Romam , vt Rheticam ibi publicè edoceret (quod haecenùs Carthagine fecerat) est profectus : ac non multò post inde , Mediolanum , èadem de causa , à Simacho est urbis præfecto destinatus. Vbi , cum frequens Ambrosij Episco-

pi esset auditor , primò , pulsæ est ex eius animo erorum nebula , ità ut omnino decernèret relinquendos esse Manichæos , ac tandiū in Ecclesia suspen- di Catholica sibi à parentibus commendata , donec certi aliquid elucesceret. Deinde , & succedente tempore , sensim , ac paulatim in veritate Catholica adeo est edoc- tus , atque confirmatus , vt aduenientibus Pascha- libus diebus , cum iam cathecumenum , ruri in monte Cassiciaco , deuotissimè , ac studiosissimè non nullos menses egisset , ab ipso fuerit baptizatus. **Ref.** Misit ergo.

Lectio sexta.

Qui mox vt in Africam reuertetur , Romam pergens , ibique nauigationem expectans , non nihil cōmoratus , defuncta , apud Ostia Tyberina , ma- tre piissima , in Africam traie-

traiecit. Vbi diuēdita nōn opulenta admodum re paterna, cum amicis, ieiunijs, & orationibus vacās, apud agros proprios scribebat libros, & docebat indoctos. Vndē increbescente iam pietatis eius, ac doctrinæ fama, contigit, ut quidam ex ijs, quos agentes in rebus vocat, Hippone constitutus, audita eius nominis celebritate, & diceret, & assereret, posse se facile omnes mundi spernere cupiditates, si aliquando ab eius ore Verbū Dei audire meruisset. Qua de causa, vir Sanctus statim eò se contulit. Vbi cum fortè Episcopi ad plebem de deligendo præsbytero verba facientis, concioni interesset, statim eum populus raptum, atquè Episcopo præsentatum, multa, licet diu, profusis etiā lacrymis deprecantem, præsbyterij gradum suscipere, compulerunt. **Resp.** Volebat enim.

In tertio nocturno.

Lectio Sancti Euágelij se-

cundūm Matthæum.

Lectio septima.

IN illo tempore, dixit Iesus: Vos estis salteræ. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Et reliqua, De Homilia Sancti Ioannis Chrysostomi.

Homil. 10. ex cap. 5. statim sub initio in imperf.

Debet esse mūdo corde, ut non solūm non se immisceat circā negotia sæcularia, sed nec cogitet de mūdo. Sicùt enim oculus, quantò mūdior fuerit, tantò longius videt: sic, & anima, quantò longius fuerit à solicitudine mūdiali, tantò amplius Deo proximior est. Cuius autem cordis oculus mūdum aspicit, illius mēs non potest Deū videre. Sit autem pacificus, ut tota Ecclesia eius, quasi una sit anima. Vbi autem concordia non est, nec oratio illic exauditur, nec oblatio suscipitur: quia, neque ibi est Deus, vbi discordia dominatur. **Resp.** Vulnerauerat.

Lectio

Lection octauia.

Debet autem, & paratus ad passionem esse, non vana desideria martyrij habens, sed constantiam fidei martyribus dignam. Nam, quantum ad sapientes, & miles non ille paratus dicitur ad bellum, qui concupiscit exire, sed qui potens est exire. Si ergo omnibus his virtutibus fuerit ornatus, tunc est quasi optimum sal, & totus populus de illo conditur, magis vidēdo eum, quam audiendo. Nam prima doctrina est videre bonum, secunda autē audire. **Resp.** Accepta baptismi gratia,
Pro Sāctis Martiribus Felice, & Adaucto.

Lection nona.

Felix Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, per suscepitam Christi religionem cōprehensus, in Serapidis templum adductus est. Cui sacrificare cum iuberetur, os simulacri conspuit. Quo

facto, statim ærea statua corruit. Quod cu[m] iterū, ac tertio in æde Mercurij, Dianaq[ue] factum esset; impietatis, & magicæ artis accusatus, equuleo torqueatur. Mox ad secundum ab Urbe lapidem, via Ostiensis, ducitur, ut securi feriretur. Cui, inter viam, oblatus quidam Christianus, cum, Felicem agnoscēs, ad martyrium duci videret: Ego quoque (clara voce inquit) eadem, qua iste, lege viuo: ego eundem Iesum Christum colo. Itaque Felicem osculatus, cū eo securi percutitur: tertio Kalendas Septembres: cuius nomen, cum ignotum esset Christianis, is Adaucti nomine nobilitatus est, quod Sancto Martyri Felici Adauctus sit ad coronam.

**In Laudibus pro comm.
 Sanctorum Mart. Felicis,
 & Adaucti.**

Antiphona.

Vestri capilli capitis.
Vers. Exultabunt
 Sancti. **Oratio vt supra.**

G D I E

DIE XXXI. AVGUSTI.

Quarta die infra Octanam Sancti Augustini.

Le^tio quarta.

Factus præsbyter Monasterium Clericorum monachorum instituit, & cœpit vivere secundum regulam sub Sanctis Apostolis constitutam: præsertim, ut nemo ibi quicquam proprium possideret, sed distribueretur unicuique, prout ei opus foret. Hæc est regula illa toto orbe notissima, quam proprio, atque peculiari, hereditarioque eorum iure profitentur Canonici Regulares Lateranenses: quam, & postea ob sui excellentiam, & eam, quam continent utriusque, nimirum, actiuæ, & contemplatiuæ vitae perfectiōnē, ac saluberrimas, & suauissimas institutiones, plurimi alij postea, & Canonici, & alij sibi assumpsere religiosi ordines, sub eiusque

certissimo, ac preclarissimo ductu, vota sua altissimo suauiter persoluunt. **Resp.** Itaque audiisse.

Le^tio quinta.

Praesbytero itaque Augustino, Valerius natura Græcus, atque ob id in Latina lingua minus exercitatus, facultatē dedit, coram se, Verbū Dei in Ecclesia prædicādi, ac frequētissimè tractādi. Quod quidem, licet in Africana Ecclesia minimè fieri consueisset, ideoque illi nonnulli Episcopi detraherēt, tamē hoc postea cōmoti exemplo, alij quoque præsbyteri, accepta ab Episcopis potestate, idem coram eis aucti- tare cœperunt. Cum autem multæ vigèrent heretico- rum sectæ: eas, & publicè, & priuatim cœpit, & scrip- tis,

tis, & sermonibus inseſta-
ri, atque deſtruere. Atque,
inter cæteros, Fortunatum
Manicheæ hærefis diſfe-
minatorē præcipuū, ægrè
licet ad conſlictum veni-
tem, tamen ſuorum preci-
bus, & instantia victum, in
publico omnium conuētu-
ita ſuperauit, vt deinceps
confuſione affectus, nun-
quād ad eam ciuitatem re-
dire ausus fuerit. **Respons.**
Miſit ergo Dominus

Lectio ſexta.

Ex Sermone S. Auguſtini
Epifcopi Patris noſtri.

De diſquisitione, & communi
vita Clericorum ad populum.
tom. 10. ſerm. 49. de
diuersis.

Ego, quem Deo propi-
tio, videtis Epifcopum
veſtrum, iuuenis veni ad iſ-
tam ciuitatē, vt multi veſ-
trum nouerunt: & quare-
bam vbi coſtruerem Mo-
naſterium, & viuerem cum

fratribus meis. Veni ad iſ-
tam ciuitatem propter vi-
dēdum amicum, quem pu-
tabā me lucrari posſe Dco,
vt nobiscum eſſet in Mo-
naſterio. Quasi ſecurus per
ueni, quia locus habebat E-
pifcopum. Apprehēſus, &
præſbyter factus, per hunc
gradū perueni ad Epife-
patum. Nō attuli aliquid,
nec veni ad hanc Ecclesiā,
niſi cum his indumentis,
qui bus illo tēpore veſtie-
bar. Et quia, hic diſpone-
bam eſſe in Monasterio cū
fratribus, cognito, institu-
to, & voluntate mea, beatę
memorię Senex Valerius,
dedit mihi hortum illum,
in quo nunc eſt Monafe-
rium. Cæpi boni propositi
fratres colligere compares
meos, nihil habentes, ſicut
nihil habebam, & imitātes
me, vt quomodo ego te-
nuem paupertatem meam
vendidi, & pauperibus ero-
gaui, ſic facerent, & illi, qui
mecū eſſe voluiffent, vt de
comuni viueremus. **Resp.**
Volebat enim.

In tertio nocturno.

Lectio septima.

**Lectio Sancti Euágelij se-
cundùm Matthæum.**

cap. 5.

IN illo tempore dixit Iesus Discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit, in quo salietur? **Et reliqua.**

**De Homilia Sancti Ioan-
nis Chrysostomi.**

*In imperfect. Ex Homil. 10.
cap. 5. sub medium, tom. 2.*

Lvcis autem opus est, ipsas soluere tenebras, & ea quæ fuerunt in tenebris illustrare. Sic, & Apostoli, cæterique Doctores sal quidé sunt populi Christiani iā cognoscētis Deū, seruantes eum in ipsa agnitione Dei, & sanctitate, id est terræ cultæ, quæ iam verbo Crucis quasi vomerī, aratrorque subiecta est. Lux autem sunt gētium, producentes eas ad scientiæ lumen, vel cæterorum, qui fortè in Ecclesia, ceciderunt in tenebris peccatorū. **Ref.** Vulnerauerat.

Lectio octava.

Item, bona conuersatio Sacerdotis sine verbo, tenet quidē sanctos in sanctitate per suum exemplū: adducere autem ignorantē ad scientiam veritatis non potest. Item, verbum quidem ignorantem adducere ad scientiam veritatis, & sine conuersatione bona potest: tenere autem in fide, vel sanctitate, absque bona conuersatione, non potest: magis autem, & scandalizat: sicut in sequentibus ostēdemus. **Resp.** Accepta baptismi gratia.

Lectio nona.

Ergo propter bonam conuersationem suam Sacerdotes sunt sal, quoniam bona cōuersatio Sacerdotum, cōditūra populi est. Propter verbum autem doctrinæ, lux, quoniā verbum, ignorantiae lumē est. Prius autē vocavit eos sal, posteā autem lux, aut quia prioris loci est seruare, quos habes, secundi autem vocare, quos non habes.

bes. Aut quia prius est benè viuere, secundum autem benè docere. Nam per bonam conuersationem , ascenditur , sinè dubio , ad scientiam, à sciētia autem, nescio, si ad bonam cōuer-sationem omnimodo veniatur.

Ad vesp. comm. S. Ägidij Abbatis. Antiphona. Similabo cū. **Vers.** Ama-
uite eum Dominus.

Oratio.

Intercessio nos quæsumus Domine. Deinde Sanctorum duodecim fratribus marty. Antiphona. Istorum est enim. **Vers.** Lætaminj in Domino.

Oratio.

Fraterna nos Domine Martyrum tuorū corona lætificet, quæ, & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum : & multiplici nos suffragio consoletur. Per Dominum nostrum.

FESTA SEPTEMBRIS.

DIE PRIMA.

Quinta die infrà Octauam Sancti Augustini.

Lectio quarta.

His viri virtutibus , ac pietate , & doctrina commotus Valerius , cum præfertim se infirmū valde, ac Senem videret, timetque, ne ab alijs præripetur Ecclesijs (quod & fa-

ctum aliquando fuisset, ni-
si hoc cognito , ipse Epis-
copus eum secedere, ac de-
litescere , ita ut minimè ab
inquirētibus inueniretur,
fecisset) eum Episcopalis
officij adiutorem , impe-
trato ad id Primatis totius

G 3 Afric.

Africæ Carthaginensis Episcopi rescripto, adhibuit. Iam verò accensa, & ardēs lucerna super cādelabrum eleuata, in totius Ecclesiæ domo splendescere, atque charitatis suæ radios cæpit usque quaque diffundere: ita, ut nedum in Africam, sed, & in transmarina, atque etiam Orientali Ecclesia, mirifice pij omnes, & collētarentur, & eius proficeret salutaribus doctrinis, & exemplis. **Resp.** Itaq; audiſſime.

Lectio quinta.

Sed nedum luminare hoc maius, tanquam alter Sol in cœlo micans, suos vbique diffundebat radios, sed, & minores stellæ, eius nempè Monasterij Clerici, quos, & statim Episcopus factus, eadem semper habere domo, communique secum voluit ali, ac vestiri mensa, & sumptibus, ad alias, & per eos ex suis pariter collegijs alij ad alias asciti, atque promoti, & cathedrales,

& minores Ecclesiæ, omnes sua vbique diffundebant lumina, ita vt propagatis quotidiè sacræ huius plantationis fructibus, omnino reuirescere, atque caput attollere, quæ iam diu disiecta, atque oppressa iacuerat, Africana visa sit Ecclesia. **Resp.** Misit ergo.

Lectio sexta.

Ex Sermone Sæcti Augustini Episcopi Patris nostri.

*De disquisitione, & communi vita Cleric. tom. 10. serm.
49. de diuersis,*

Perueni ad Episcopatum, & vidi necesse habere Episcopum exhibere humanitatem assiduam quibusque venientibus, siue transeuntibus. Quod si non fecisset, Episcopus inhumanus dicerer. Si autem consuetudo ista in Monasterio permissa esset, indecens esset. Et ideo volui habere in ista domo Episcopi, mecum Monasterium Cle-

Clericorum. Eccè quomo-
do viuimus: nulli liceat, in
societate nostra, habere ali-
quid proprium. Nemo det
byrrum, vel lineam tuni-
cam, seu aliquid, nisi in
cōmune: de communi ac-
cipiam mihi ipsi, cū sciam
commune me habere velle
quidquid habeo. Quomo-
dò ergò, quicunq; voluif-
set extra manere, & de suo
viuere, non tollerem ei cle-
ricatū: ita modò quiā pla-
cuit illis, Deo propitio, so-
cialis hæc vita: quisquis cū
hypocrisi vixerit: quisquis
inuentus fuerit habēs pro-
prium. non illi permitto, vt
indè faciat testamentum,
sed delebo eum de tabula
Clericorum. **Resp.** Vole-
bat enim.

In tertio Nocturno.**Lectio septima.**

**Lectio Sancti Euāgelij se-
cundum Matthæum.**

IN illo tēpore dixit Ie-
sus discipulis suis: Vos
estis sal terræ. Quod si sal

euanuerit in quo salietur?
Et reliqua.

**De Homilia S. Ioannis
Chrysostomi.**

Homil. 10. ut supra.

Propterea scientes qui-
dem sinè timore Dei,
multos videmus: timentes
autem Deum, sine scientia
nulos videmus. Aut quia
propter Iudęos, priores di-
cti sunt sal, non adducen-
tes eos ad scientiam Dei,
sed condientes ipsos in ip-
sa sciētia: lux autem prop-
ter gentes in secundo loco
vocatas. **Resp.** Vulnera-
uerat.

Lectio octaua.

Ideo, & per compara-
tionem congruam, in-
troducens addidit, dicens:
Non potest ciuitas abscon-
di suprà montem posita.
Quanuis enim ipsa volue-
rit esse velata, mons ipse,
qui portat eam, facit eam
omnibus manifestam: sic,
& Apostoli, & Sacer-
dotes, qui fundati sunt
in

in Christo, monte excelso,
nō possunt esse absconditi,
& si voluerint se absconde-
re, Christus ipse mani-
festat eos, qui baiulat eos.
Resp. Accepta baptismi
gratia.

Lectio nona.**Pro Sancto Aegidio.**

Agidius Atheniensis,
regiae stirpis, à pri-
mæua ætate diuinis litteris,
& charitatis officijs ita de-
ditos fuit, ut nihil prætereat
curare videretur. Itaq; pa-
rætibus mortuis, totum pa-
trimonium in paupères e-
rogauit: quin etiam tunicā
exuit, ut ægrotum egentē
tegeret; qua ille indutus
statim cōualuit. Sed mul-
tis deinceps clarius mira-
culis, timens sui nominis
celebritatem, Arelatem ad
beatum Cesarium conten-
dit: á quo post biennium
discedens, secessit in ere-
mum; ubi diutiùs herbarū

radicibus, & Ceruæ lacte,
quæ statis ad eum horis ve-
niebat, admirabili sanctita-
te vixit. Quæ Cerua, in se-
quentibus quodam die ca-
nibus regijs, quum in antrū
Aegidij refugisset, Galliæ
Regem impulit, ut ab eo
summis precibus peteret,
ut in loco speluncæ mona-
sterium extrui pateretur.
Cuius administrationem,
flagitiae Rege, inuitus sus-
cepit: eoque munere ali-
quot annis, prudenter, piè-
que gesto, migrauit in cœ-
lum.

Pro Sancto Aegidio.**Ad Laud. Antiphona.****Euge serue bone. De cōm.****Cont. non Pont. Vers. Ju-
stum deduxit Dominus.****Oratio ut supra.****Et pro Sanctis duodecim****Fratr. Antiphona. Ves-****tri capilli capit. Vers.****Exultabunt.****Oratio.****Fraterna. ut supr.**

DIE II. SEPTEMBRIS.

Sexta die infra Octauam Sancti Augustini.

Lectio quarta.

Qvas vero non debel-lauit hæreses, quæ nō prostravit hereticorū móstra alter hic noster inuitus Hercules, Ecclesiæ propugnaculum, malleus hæreticorum? Manichorum, & confutauit hæreses, & abominanda, quæ inter illos occulte gerebantur, detegēs eos toto mundo redidit abominabiles. Donatistas tunc temporis in Africa inualescentes, ac maiorem Afrorū partem rebaptizantes, nullibi passus consistere, omnino cōmīnuit, atque disiecit. Circū-cellionum furorem vbiquè debacchantiū, & rebus, ac hominibus ipsis per vrbes, & per agros damna infinita, usque ad sanguinis effu-

sionem, ac cædes inferentium, in uocato etiam ad id brachij sæcularis auxilio, compescuit. **Resp.** Itaque audiissimè.

Lectio quinta.

Qvibus, & adeò fuit infensus, ut publicè dictitarent, velut lupum gregis vastatorē, eum occidendum, omniaq; à Deo illis indubitanter peccata dimitti, qui hoc perficere egregium fascinus potuissent. Quod quidem, & opere perpetrare sæpius sunt adnisi: sed suum Deus nūquam deseruit famulum. Pelagianos nouos illorum temporum hæreticos, disputatores callidos, atque arte subtili, noxia vbiquè erroris sui venena diffundentes, decennali, la-

H borans

borans certamine pessū-dedit, atque detriuit, ita ut ne dum Africanarum Synodorum gestis damnarētur, sed & Romanorum etiam Pontificum Innocentij, ac Zozimi rescriptis, ac decretis ab Ecclesiæ communione arcerentur, atque præciderentur: fauente, atque executioni demandāte eorum decreta piissimo Imperatore Honorio. Breuiter dicam, omnes omnino, eius disputationibus, & scriptis, confutatæ sunt hæreses, omnes disiectæ errorum tenebre, & catholica patefacta, & illustrata est veritas. **Resp.** Misit ergo,

Lectio sexta.

Prædicabat autem verbū imprætermisso, alacriter, ac fortiter (quod & usque ad ipsam extremam suam ægritudinem fecit) prædicabat, inquam, non è formula, seu ex arida quadam, & prescripta, ac composita verborum consuetudine, sed potius vir Deo

plenus, oratione præmissa, Deo se se commendans (in cuius manibus, ut identidē dicere solebat, sumus, & nos, & sermones nostri) è prōptuario cordis sui, ubi omnes scripturarum thesauros gerebat absconditos, in tempore suo, & noua, & vetera proferebat, & unicusque, prout in rem erat, suum applicabat sermonem. Quinimò, sèpè vi spiritu, adeò, quo minime cogitarat, rapiebatur, ut ab incepta narratione omnino digrediens, aliquorum interim, vel ignorans, salutem promoueret. Quod, & aliquando factum in nobili Manichæorum mercatore refert Possidonius: & ipse suum ita instituerat Ecclesiastem: & pleni sunt omnes eiusmodi digressiōibus eiusdem libri. **Resp.** Volebat enim.

In tertio nocturno.

Lectio septima.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 5.

In

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit, in quo salietur?

- De Homilia S. Ioannis

Vbi suprad.

PORTÆ autem eius sunt Apostoli, de quibus dictum est: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Quia per illas totus populus intrat ad fidem. Muri autem illius sunt omnes Sacerdotes, cæterique Doctores, de quibus dicit Prophetæ ad hanc Hierusalem spiritualem. Et alienigenæ ædificabunt muros tuos: Quoniam ex gentibus vocati, facti sunt Sacerdotes, & gubernatores Ecclesiæ.

Resp. Vulnerauerat.

Lectio octaua.

Sicut enim muri, omnem gentilium, & hæreticorum impetum, ipsi suscipiunt, qui tanquam arietibus quibusdam, sic assiduis persecutionibus fe-

riūt clerum, idest, murum Ecclesiæ. Et sicut mortiferas sagittas, sic insana verba peruersæ cogitationis eorum, de impiâ cordis pharetra procedētia, doctores, quasi lapides viui suscipiūt, & fidei virtute confringūt.

Respōs. Accepta baptismi gratia.

Lectio nona.

HÆC ergo ciuitas posita est super montem: idest, Apostoli, Prophetæ, cæterique doctores ædificati sunt in Christo. Mons enim Christus est, de quo ait Daniel: Ecce lapis excisus est sine manibus, & factus est mons magnus, & occupauit totam terram. Hinc, alteram comparationē vult ostendere, quare sanctos suos ipse Christus manifestat, & non sinit eos esse absconsos. Id est: quia nec qui accendūt lucernam, ideo eam accendunt, ut ponāt sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo suat.

H 2 DIE

DIE TERTIA.

SEPTEMBRIS.

Septima die infra Octanam Sancti Augustini.

In secundo Nocturno.

Lectio quarta.

CAUSAS semper diligenter, ac piè audiebat, & dirimebat, intendens in ijs præsertim Christianorum momenta animorum, quantum quisq; , vel in religione, pīsq;que actionibus proficeret, vel deficeret: dataque opportunitate , diuinā eos legē sedulō edocebat, obedientiam præsertim, & charitatem commendans, Deo, & hominibus. Pro aliquo autem , si forte apud maiores potestates esset intercedendum (quod tamē plerumque, etiam charissimis denegauit, dicēs, quod plerumque potestas , quæ petit, premit) tanta id cum

modestia , & circūspelio-
ne, ac causa diligenter li-
brata, faciebat, vt eos apud
quos intercedebat, in sui
admiratiōne rapiēs, omni-
nō cogeret petitis acquies-
cere . Qua de re nemo est
tanti Patris studiosus , qui
memorabileMacedonij, ad
ipsum Augustinū testimoniū,
apud Possidoniū le-
gere non debeat, atque me-
morię commendare. **Resp.**
Itaque audiſſimē.

Lectio quinta,

DOMUS Ecclesiæ curā,
omnemquæ substantiam, ad vices, valētioribus
demandabat Clericis : qui
diligenter data, & accepta
annotantes, in fine anni ex-
plicatas ei afferebant ratio-
nes.

ties. Ipse verò magis eorum, quos elegerat fidem, quam rationes, probationesq; sequebatur. Domum verò, vel agrum, seu villam nunquam emere voluit. Si quid tamen eiusmodi sponte, vel legaretur, vel donaretur, accipiebat. Hæreditates autem in graue filiorū, vel propinquorū damnum Ecclesiæ relietas minimè accipiebat. Fabricarum nouarū nunquam illi studium fuit, quippe qui in illis, deutabat animi implicationem, quem semper ad coelestia liberum habere volebat: non tam illa volētes prohibebat, nisi modum excedentes. Denique erat in ijs, quæ possidebat Ecclesia, non amore intentus, vel implicatus cupiditate, sed maioribus potius, ac spiritualibus semper intendēs, vix aliquandò se ipsum ad hæc temporalia ab eorum cogitatione relaxabat, & deponebat. **Ref.** Misit ergo.

Lectio sexta.

NE verò quisquam

facili iuratione ad peritum decideret, & in Ecclesia populo prædicabat, & suos ita instituerat, ut ne quis iuraret ne modicum quidem. Quod si quis prolapsus fuisset, vnam, de statutis, amitterebat bibendi portionē. Numerus enim erat secum cōuiuentibus poculorum præfixus: disciplinā autem transgrediētes. atq; à regula recta, & honesta deuiantes: & arguebat, & tolerabat quantū decebat, & oportebat: id præcipue docens, & semper inculcās, ne cuiusquam cor declinaret in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis: & ut sibi unusquis que ex animo dimitterent, si quid forte inuicem haberent, aliás, minimè à Deo talium exaudiri orationes.

Resp. Volebat enim.

In tertio Nocturno.**Lectio septima.**

Lectio Sancti Euāgelij secundūm Matthæum.

IN illo tempore dixit Iesu Discipulis suis:

H 3 Vos

Vos estis sal terræ. Quid si sal euauerit, in quo salietur?

De Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

Vbi supr.

Qui sunt accessores lucernæ? Pater, & Filius. Quæ est lucerna? Verbum Divinum, de quo dictum est: Lucerna pedibus meis Verbū tuū, ut luceat, idest, appareat, & illuminet eos, qui sunt, vel in domo Ecclesiæ, vel in domo omnium mundanorum. Quod est candelabrum? Ecclesia, quæ baiulat verbum vitæ. Consequenter dicit Paulus: Inter quos lucetis, sicut luminaria in seculo, verbum vitæ continentes: consequenter, & omnis Ecclesiasticus vir habet Verbum Dei dicatur candelabrum. **Resp.** Vulnerauerat.

Lectio octava.

Modij autem sunt homines mundiales, vacui à Deo, & ab omnibus, quæ sunt Dei. Dicun-

tur autem modij, quoniam sicut modij, de super quidem, vacui sunt, desubtus autē, pleni: sic omnes mundi amatores, & carnis; in spiritualibus quidem, & diuinis, quæ superiora recte esse dicuntur, vacui sunt, & insensati: in inferioribus autē, idest, in mundialibus, & terrenis, aliquatenus pleni videtur. & sapiētes. **Ref.** Accepta baptismi gratia,

Lectio nona.

Propterea, sicut in modo, si volueris aliquid reponere, necesse est, ut cadat deorsum, ad inferiora eius, & tenebrosa: sic homini carnali, & mundiali, & vacuo, si dixeris aliquid, quod est Dei, non illud tenet in superiore parte mentis suæ, aut cordis, nec portat illud in ore, sed confitit cadet de mente eius, & corde deorsum in terrena, & tenebrosa, ut nec illi proficit, nec alijs.

Ad Vesp. Antiphona: Lectare. Cum reliquis, ut in primis vesp. diei.

DIE

DIE III. SEPTEMBRIS.

In Octava Sancti Augustini Episcopi Patris nostri.

Omnia dicantur sicut in die, exceptis lectiōnibus, & Octauo Responsorio.

In primo Nocturno.

De Libro Ecclesiastici.

Cap. 39.

Lectio prima.

Sapiētiam omnium antiquorum exquireret sapiens, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum cōseruabit, & in versutias parabolarū simul introibit. Occulta Proverbiorum exquireret, & in absconditis parabolarum conuersabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit. In terram alienigenarum gētium pertransiet: bona enim, & ma-

la in hominibus tentabit.

Resp. Inuenit se.

Lectio secunda.

Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in cōspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suū in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illū: & ipse tamquā imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, & in oratione confitebitur Domino: & ipse diriget consilium eius, & disciplinam, & in absconditis suis cōsiliabitur. Rel. Sensit igitur.

Lectio

Lectio tertia.

Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius, & usque in sæculum non delibetur. Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione, in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes: & laudem eius enuntiabit Ecclesia.

Resp. Tunc vero.

In secundo Nocturno.

Lectio quarta.

Antè proximū agricultudinis suæ extremè diem, à se dictatos, & editos recensuit libros, siue eos, quos primo cōuersiōnis tempore adhuc laicis, siue quos præsbyter, siue, quos Episcopus dictauerat: & quæcunque in ijs sibi minus placuerunt, ipse met recognovit, atque reprehendit. Vnde, & duo edidit, Retractionum quæ inscripsit, volumina: cum non dum Epistolas, ac ser-

mones ad populum retrahere cæpisset. Eadem sub tempora, Vuandalorū, atq; aliarum barbararum nationum gens effera, post deuastatas Hispaniarū regiones, cum Africam inuassisset: omni sœuiens crudelitate, nulli sexui, nulli parcens ætati, non ipsis Dei Sacerdotibus, ac ministris, nō sacris Virginibus, omnia ferro, atque incendijs deuastabant. Resp. Itaque audiissimè.

Lectio quinta.

Hanc verò crudelissimam grassationem vir Dei, non ut cæteri homines, temporarias tātūm cædes, & damna, sed in ijs altiūs, atquè profundius, animalium præsertim iacturas, Ecclesiaturum deuastationes, Sacerdotum, atquè ministrorum destitutiones considerans, amarissimā, ac lugubrem, præ cūctis vitæ suæ diebus, vitam ducebat. Post deuastatas igitur, atq; consumptas innumerabiles Africæ vrbes, ita ut so-

I&e incolumes supereffent,
cum Carthaginense, Circensis,
& Hipponensis Ecclesia, ad hanc quoque peruenit
barbarus furor. Quo toto tempore orationi, atque obsecrationi cum filiis suis vacans Beatissimus Pater, illud suppliciter Deum deprecabatur, ut vel ciuitate ab hostibus liberare, aut seruos suos, ad perferendam eius voluntatem, fortes facere, aut certe se de hoc saeculo ad se accipere, dignaretur. **Resp.** Misit ergo.

Lectio sexta.

ET eccē tertio eius oblationis mense, febribus decubuit, quibus cum exerceretur, antē dies fermē decem, quām ē corpore migraret, ut ne quis ad eū ingrederetur postulauit, nisi, cū vel accederet medicus, vel cibi inferrentur, quod & factum est: totoque illo tempore, orationi profusis lacrymis intētissimē vacabat. Membris demum omnibus, ac sensib⁹ incolmis adstantibus fratribus, & cū

eo pariter orantibus in pace obdormuit. O in pace! O in idipsum! O qui dixit: dormiam, & somnum capiam! Quō, & aliquando in hac vita ineffabili adeo cū suauitate suspirauerat, ac modicē degustauerat: iam plenē expertus, iam pleno ore bibens, ad fontem vītæ, ad gaudia semper virentis paradisi, quō, & nos aliquando, licet immeritos, tamen ad se suspirantes, castissimis suis, ac Deo (quē in hac vita adeō dilexit) charissimis precibus, perducere dignetur. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Tu autem Dom.

Resp: Volebat enim.

In tertio Nocturno.**Lectio septima.**

Lectio Sancti Euāgelij secundum Matthæum.

cap. 5.

IN illo tēpore dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit, in quo salietur? Et reliqua,

I **De**

De Homilia Sancti Ioannis Chrysostomi.

Vbi supra.

Si autem, & aliqua tentatio facta fuerit, propter verbum veritatis, statim reuersatur in terram, & aspiciens terram, quasi modius verbum Dei sub se tenet absconditum. Reuersatus est enim, & aspiciens terram, & abscondens verbum sub se, quando propter aliquam causam terram, non est ausus palam proloqui fidei veritatem, aut iniurias carnales timet, aut mortem, aut dana, aut cetera, quæ obstruunt homines carnales, ut verbū, quod crediderūt liberè nō audeant profiteri. **Rcspōs.** Vulnerauerat.

Lectio octaua.

Nunc autem sciens, quoniam ille est laudabilis doctor, qui facit quod docet, addidit, & dixit: Sic luceat lux vestra corā hominibus, ut videāt opera vestra bona, & magnificent patrem vestrum,

qui in cœlis est: id est: sic illuminate, docete, non ut verba vestra tantummodo audiant homines, sed ut opera vestra bona videant, ut quos illuminaueritis per Verbum; quasi lux, conditatis per exempla operū vestrorū, quasi sales. Quoniam, qui docet, & facit quod docet, verē ille docet, qui autem non facit, quod docet, non alium docet, sed seipsum condemnat.

Resp. 8. **V**erbum Dei usquē ad ultimam suam ægritudinem imprætermis- se, alacritèr, sana mente, sanoque consilio, in sancta Ecclesia prædicauit.* Membbris omnibus sui corporis in columis, integro aspe- tu, atque auditu coram positis fratribus, atq; orantibus, dormiuit cum patribus suis. **Verſ.** Testamen- tum nullum fecit, qui avn- de faceret pauper Christi non habuit. * Membbris omnibus. **Gloria Patri.*** Membbris omnibus.

Lectio

Lectio nona.

ET melius est facere, & non docere, quām docere, & non facere, quoniā qui facit, etsi tacuerit, aliquos corrigit suo exēplo, qui autēm docet, & non facit, nō solūm neminē corrigit, sed adhuc multos scādalizat. Quis enim nō mo-

ueatur ad peccandum, cum viderit ipsos doctores pietatis peccantes? Ergo per illos quidem doctores, qui docent, & faciunt magnificatur Deus: per eos autē, qui docent, & nō faciunt, blasphematur,

Ad laudes, & per horas, & ad Vesp. omnia sicut in die.

FESTA OCTOBRIS.

DIE X.

Sancti Ioannis Confessoris.

Oratio.

Deus, qui ad beati Ioānis Confessoris tui similitudinem demonstrandā, panes in lapides conuertisti: fac nos, quāsumus, eius semper innocentiae exempla sectari. Per Dominū nostrum, &c.

Ecce fit comme. Sanctorum Dionysij, & ceterorū martyrum.

Lectio quarta.

Iohannes in Anglia honestis parentibus natus

à puerilibus annis Christi vestigia imitari toto affectu cupiens, dum à scholis literarijs, quibus diligētissimè vacabat, & mirabilitè in eis proficiebat, dimitteretur, ad Ecclesiam confugiens, orationi deuotissimè intendebat, ac diuinæ omnino peragendæ voluntati, ex imo cordis fundo se se resignabat. Qui adolescēs iam factus, Canonico-rū Regulariū institutū, in celebri tunc Sancte Marię

à Bridlingtona Cœnobio professus, tata cum humilitate, patientia, & charitate cuncta eius instituti munia peragebat, laboribus, abstinentijs, vigilijs, ac sacrarum litterarum studijs infatigabiliter se exercens, ut omnibus admirationi esset simul, & amori. Quare Præpositus, morum in eo grauitatem, vitæ sanctimoniam simul, ac prudenteriam, diligentiamque considerans, A Economum eū constituit. **Resp.** Honestum fecit illum.

Lectio quinta.

Quo in munere soler-
tissimè se gerés, non
tamen à diuinis die, noctu-
que in choro persoluendis
laudibus, nisi arduo deten-
tus negotio, se se subtrahe-
bat. Creuerat autem cum
eo ab infantia miseratio, ita
ut pietatis viscera indutus,
egenis, quantum poterat,
incessanter ex Ecclesiæ su-
perfluis succurreret. Vnde
cū in vicinia in opibus qui-
busdam, dum exire cōtin-

geret, panes aliquot secum
asportans, clam erogaret,
contigit, vt ab exploratori-
bus id Præposito denūcia-
retur. Qui, quanquam eius
secretorū conscius, exequente
ē Monasterio, non nullis
adhibitis, ex senioribus,
circum veniens, quid illud
esset, quod subitus gerebat
interrogauit. Ipse autem
soli Deo bona eius opera
cupiens cognita, vti sim-
plex, & innocens, cum la-
pides esse respōdisset, quos
ad sarcendam viam extrā
portam deferebat: prolati
illico ad nutum patris, pa-
nes in lapides sunt cōuersi.
Quo facto, & delatores hu-
mi prostrati veniam petie-
runt, & ipse in sua amplius
est humilitate deiectus.

Resp. Amavit eum Do-
minus,

Lectio sexta.

Electus autem posteā
in præpositū, antiqua
mox in Monasterio suo
Apostolicæ perfectionis e-
xempla reformauit, suo ce-
teros ad id trahiens exéplo.

Expli-

Expleto completorio usq;
ad mane, non nisi vrgente
de causa, cū aliquo loque-
batur. Ad matutinales pre-
ces cæteros præueniens, in
choro aliquandiu deuotis
meditationibus infistebat:
quibus, & peractis, usqué
ad diei crepusculum, con-
templationibus pariter va-
cabat. Suorum sæpe in spi-
ritu intuebatur excessus
subditorū: quos nacta oc-
casione prudentissimè cor-
ripiebat. Peractis autem in
præposituræ munere egre-
giè annis viginti: ætatis
suæ anno quinquagesimo
sesto: graui correptus æ-

gritudine, cum paulo post
se moriturū præcognouis-
set, sūptis sacrosanctis my-
sterijs, dū Canonicos suos
ad pacem, & concordiam,
ac regularem obseruātiām,
præcipue verō ad gestanda
iugiter in visceribus, Do-
mini Saluatoris vulnera, &
sanctorum exempla, esset
cohortatus, innocentem
Creatori animam reddidit:
miraculis etiam in hāc vita
clarus. **Resps.** **I**ste homo
perfecit omnia.

In tertio Noct. Homilia in
Euang. Nolite timerē! Ut
in cōm. Confes. non Pont.
Vesp. de seq. Feste.

DIE XI. OCTOBRIS.

Prima Translatio Sancti Patris
Augustini.

Omnia dicuntur sicut in alio festo Februarij,
excepta oratione, & lectionibus, quæ di-
cantur ut infrā.

Oratio.

Deus, qui nos hodierna Sancti Confessoris tui, atque Pontificis Augustini Translatione letificas: concede propitius: ut quem voce alacriter efferim⁹, interiori quoq; mentis affectu deuotissime sentiamus.

Per Dominum, &c.

Decinde fit com. S. Ioannis, In primo Noctur. Lectio-nes de Script. occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio quarta.

Beatissimus Pater, ac Dux noster inclytus Augustinus, cum post innumeratos in huiusvitæ studio egregiè desudatos labores, post effugatas errorum, atque haeresum universas ferè tenebras, atque illustratam, nedum limpidissimis doctrinæ suæ radīs, sed, & sanctissimis morum exemplis Ecclesiam, plurimosq; virtutum suorum relictos (saltem pro parte) discipulos, atque successores, in pace obdormisset, oblatum est, pro eius

corporis depositione, à fātissimo Calamense Episcopo Possidonio salutare sacrificium: atque sepulturæ honorificè traditus est in Ecclesia sua Diuno Stephano Protomartyri dica-ta. **Resp.** Inueni David.

Lectio quinta.

Cum autē, elapsis post sexaginta ferē annis, Diuus Fulgētius Rus-pensis Episcopus, Doctor illustrissimus, & fidei Catholicæ propugnator inde fessus à Torsimundo Vuādalorum rege Arriana hæresi infecto, contra Catholicos persecutionē instau-rante, atque eorum templo claudente, vñā cum centū viginti Episcopis, & innumerabilibus alijs fidelibus, ob eiusdem fidei catholicæ defensionem, in Sardiniam missus est in exilium: sanctissimi Patris Augustini corpus venerabile, ac alias nonnullas Sanctorum reliquias secūm deuotissime translulit, atque honorificè, quantum potuit, collo-cauit.

civit. **Resp.** Posui adiutorium.

Lectio sexta.

Quæ autem ibi edidit miracula, quas curationes, quæ signa, tametsi nullo competitu habemus certiori testimonio: vero tamen est simile, atque credendum, Dominū, qui mirabilis est, & gloriosus in sanctis suis: ibi quoque iuxta incolarum devotionem, sanctitatis eius, atque glorificationis indicia non omnino occultasse: donèc ad eminentiorem, atque nobiliorem Sanctæ Ecclesiæ locum, sancti vi-

delicet Apostolorum principis Petri, in Cœlo aureo, Regiae ciuitatis Papiae templum, translatus, toti mundo circunspectabilis, uniuersis ad se confugientibus charismatum, atque munera, quæ à Deo possidet, innumera beneficia largissime impertiret. Quorum, & nos merito participes efficiat, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus: per infinita saeculorum secula. Amen.
Tu autem Domine. Resp.
Iste est, qui ante Deum:
In tertio Noct. Homil. in Euang. **Vos estis sal terre.**

FESTA NOVEMBRIS.

COMMEMORATIO SANCTI Patris Augustini.

DIE XIX. NOVEMBRIS.

Sancti Frigidiani Episcopi, & Confessoris.

Oratio;

Oratio.

Sancti Frigidiani Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus Domine, precibus adiuuemur, ut cuius merita celebramus, eius continuum salutis sentiamus auxilium. Per Dominum nostrum, &c.

Deinde fit comm. Dedicationis Basilicæ SS. Apost. Petri, & Pauli. Antiphon.

O quam metuendus est locus iste. Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta Cœli. **V**er. Domum tuam Domine decet sanctitudo. **R**esp. In longitudinem dierum.

Oratio.

Deus, qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysterijs representas incolumes: exaudi preces populi tui, & presta: ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingrediatur, cuncta se impetransse lætetur. Per Dominum.

Posteā S. Pontiani Pa-

pæ, & mart. **A**ntiphona.
Iste Sanctus. **V**er. Gloriæ, & honore.

Oratio.

In firmitatem nostrâ resipice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Pontiani Martyris tui, atque Pontificis intercessio gloria nos protegat. Per Dominum.

In secundo Nocturno.

Lectio quarta.

Frigidianus; Ultoriam Regis, quæ pars est Scotiæ, filius, cum eum Pater matrimonio vellet iungere, diuino irradiatus lumine Romam peruenit. Vbi à Pelagio primo per benignè exceptus, ab eodemque clericali superpelliceo induitus, in Lateranensi Ecclesia, cù Regularibus Canoniciis, aliquadiu religiosissimè est commoratus. Qui Ecclesiasticas consuetudines, & Apostolicos Canones, vt erat ardentis ingenij, memoria comprehédes, breui, & diuinis Scripturis,

turis, & morum disciplina apprimè eruditus, in patriā reuertitur. Vbi insignem post construens Ecclesiā, Canonicosquē ibi regulares constituens, orationi contemplationi, prædicationi, eleemosinis præterea, alijsquē pijs actionibus adeò vacabat, vt per vniuersam insulam, nominis eius sanctitas celeberrima haberetur. **Resp.** Inueni Dauid.

Lectio quinta.

Qui posteà in Tusciā se conferens, cū Lucati peruenisset, morum ibi suorum odorem optimum diffundens, prædicationisquē verbo sitientes irrigans animos, ita ab omnibus, & clericis, & ciuibus venerationi est habitus, vt illis expetentibus, mandante Romano Pontifice, Episcopalē cathedram suscipere sit compulsus. Quo in munere, cum prædicationi insisteret, diuinū cultum promoueret, pacem in clero, & populo studio-

sissimē seruaret, pauperum curam gereret, hospitalitatem amaret, adeò succensa est incolarum in eum deuotio, vt viginti octo annorum spatio, quo Episcopalem, tenuit sedē, viginti octo pariter baptismalium plebium Ecclesias, vbi innumerās Domino animas lucraretur, construeret, atquē consecraret. Quem innumeris Dominus decoravit miraculis: vt & Diuus scribit Gregorius, & testatur in gētis molis lapis, qui adhuc in eius templo conservatur, qui ad eius precē, cum aliās nullo pacto amoueri posset, nullo negotio est translatus: & suscitati mortui, & alia. **Resp.** Posui adiutorium.

Lectio sexta.

Post multos deniqū transactos labores ad optatā appropinquās palmarā aduenisset, suos intimo cordis affectu cohortatus, orās, & psallens dulciter in

K Domi-

Domino obdormuit. Cū-
ius corpus in Ecclesia San-
cti Vincētij Martyris, quā
ipse à fundamentis extru-
xerat, quæ postea ipsi est
Sacra, sepultum: cum pos-
teā Pipini, & Caroli tem-
poribus, á nobili quadam
virgine, quæ propè se se-
pulta esset contactum: sur-
gens illicō puella: Tollite,
Tollite me hinc(ex clama-
uit) quia super Beatissimi
Frigdiani corpus me po-
suistis, Indignum, quippe

est, vt tradendum vērmi-
bus corpus, sāctissimo cor-
pori superponatur. Quibus
dictis, iterum obdormiuit,
Et itā factū est: vt corpus,
quod annis fermē ducētis
incognitum permanserat,
mirabiliter reuelatum, ab
omnibus officiosissimē ve-
neraretur. **Resp.** Iste est,
qui ante Deum.

In tertio Nocturno. Ho-
milia in Euangel. Homo
quidam, Nona Lectio de
S. Pontiano.

DIE XXI. NOVEMBRIS.

Sancti Gelasij Papæ. Transfertar.

DIE XXIIII. NOVEMBRIS.

Sancti Prosperi Episcopi, & Confessoris.

Oratio.

Deus, qui Beatū Pro-
perum Ecclesiæ tuæ
religiosissimum Antistitē
cōcessisti: da nobis quæsu-
mus: cius imitatione, in

tuo semper prospērē magis
habere seruitio. Per Do-
minum. **Deinde fit com.**
S. Clementis. Antiphona.
Dedisti Domine habitacu-
lum Martyri tuo Clemē-
ti

ti in mari, in modum tem-
pli marmorei, Angelicis
manibus præparatum, iter
præbens populo terræ, vt
enarrent mirabilia tua. **V.**
Iustus vt. **Resp.** Sicut ce-
drus.

Oratio.

Deus, qui nos annua-
beati Clemētis mar-
tyris tui, atque Pontificis
solemnitate lētificas: con-
cede propitius, vt cuius na-
talitia colimus, virtutem
quoq; passionis imitemur.
Per Dominum.

In secundo Nocturno.

Lectio quarta.

De scriptoribus ecclesiasticis.
Prospere natione Aqui-
tanus Sancti Augustini
discipulus, ac doctrinæ
eius, nec non, & Stylli sum-
mus imitator, atque defen-
sor, in Lateranensi Eccle-
sia, defuncto iam ipso Pa-
tre, Canonicus Regularis
fuit: Leonemquè primum
in conscribendis epistolis
adiuuit. A quo & propter

vitæ sanctitatem, eruditio-
nemquè singularem, Regij
in flaminia, vel, vt alij ma-
lunt, Regij in Calabria, E-
piscopus est constitutus.
Quo in munere viginti du-
os annos egregium, ac vi-
gilem pastorem se præbēs;
ad mortem vsque sanctissi-
mè perseverauit: corpus-
què eius, in ea ciuitate, vñq;
ad hanc diem conseruatur,
& colitur. Hunc Gelasius
in Capitulo, **S A N C T A**
R O M A N A E C-
C L E S I A, dum eius opus-
cula probaret, religiosissi-
mum virum appellauit.

Resp. Inueni David.

Lectio quinta, & sexta.
Qui post Ozionas. **Vt in**
communi Doctorum.

T In tertio Noct. Homil.
in Euang. **Vos estis sal ter-
ræ.**

**Lectio nona de S. Chry-
sogono.**

T In secundis Vesperis à
Cap. fit de Sancta Cathe-
rina.

DIE XXVI. NOVEMBRIS.

Sancti Gelasij Papæ. Fuit hoc festum 21.
huius mensis.

Oratio.

Deus, qui per beatum Gelasium Confessore tuum, atque Pontificem, Canonicum, in Italia, ordinem instaurare dignatus es: fac nos semper, quæsumus: eius digna imitari doctrinæ, & cōuersationis exēpla. Per.

In 2. Noct. Lect. quarta.

Ex Catal. Sanct. lib. 10. c. 77.

In Nualecente post obitum Beatissimi Patris Augustini sub Genserico V. vadolorum Rege, Arrianæ fæcæ perfidia, cum isvniuersam iam Africam suo subiugasset imperio, post cruentam nimis clericorum, ac catholicorū stragem, plurimi Diui Patris Augustini discipuli, & alumni per varias propagati Ecclesias, inter quos, Gelasius patre Valerio natus, diuina reuelatione, Neapolim primum, deinde, & Romam peruenierunt. Qui per benigne

omnes à Léone I. excepti, atque in Ecclesia Lateranensi collocati, Canonicū ibi ordinem, iuxta Diui Patris nostri Augustini regulam, & saluberrima instituta instaurare cœperunt. Vbi diutissime posteà florerunt, & per octingētos annos ibidem perstiterunt: plurimiq; ex ipsis ad summum Pontificatum, aliosq; inferiores Episcopatus, ob præclara eorum merita, sunt assumpti: licet electi, posteā denuò restituti, adhuc electi, nomine tamen, & titulum, & omnia illi Ecclesiæ concessa priuilegia Apostolica cōcessione retineant. **Resp.** Inueni Dauid. **Lectio V.**

Gelasius itaq; cū quā plurimos ibi annos, mira sanctitatis, ac eruditonis opinione vitā egisset, mortuo Felice III. ad summū Pontificatū apicē est eleitus. Qui Pontifex factus, clerum

clerū quā maximē amauit,
& auxit, ordinē q; pr̄cipuē
ipsum Lateranē sem, locis,
& priuilegijs ampliauit, at-
que decorauit. Pauperū cu-
ram tantā habuit, vt nedū
pr̄sentiū, sed & longē po-
sitorū nomina scripta ha-
beret, eisq; omnibus, qua
maxima poterat liberalita-
te subueniret. Ad exemplū
etiā Patris sui Augustini,
Ecclesiam dedicauit Euse-
miae Martyri in ciuitate Ti-
burtina. Dedicauit & Ba-
silicā Sanctorū Nicandri,
& Eleuterij, via Lauicana.
& Basilicam S. Mariæ, via
Lauētina, in fundo Crispi:
vigesimo ab vrbe lapide.

Resp. Posui adiutorium.

Lectio sexta.

Hic, cū esset doctissim⁹
quinq; libros contra
Eutichetē, & Nestoriū edi-
dit, duos cōtra Arriū: ora-
tiones pr̄terea, & episto-

las'admodū graues, & elo-
quētes, Ecclesiæ vtilia de-
creta multa cōtinētes. Ma-
nichæos, libris eorū cōbu-
stis, proscriptis: vtriusque
testamēti libros, ac Patrum
scripta ab ambiguis, authē-
tica separauit. Ordinū sa-
crorū administrationem, à
mēse Decēbri quatuor té-
porū sabbatis attribuit. E-
piscopos sexaginta septem
creauit. Canonē, & Præfa-
tiones Missæ, Profas, &
Hymnos canticis miscuit.
Imperatore excōmunica-
to, eūdē excōmunicari pos-
se, probauit. Plenus dierū
in pace obdormiuit, cū se-
disset annos quatuor, men-
ses octo, dies decē, & octo:
sepultus est in Basilica Apo-
stolorū Principis decimo
Calend. Decembris. **Resp.**
Iste est, qui ante Deum.
In 3. Noct. Hom. in Euāg.
Vigilate quia nescitis.

FESTA DECEMBRIS.

D I E I I.

Sancti Aniani Episcopi, & Confessoris.

Oratio;

Oratio.

Deus, qui beato Aniano Pontifici tuo tantam virtutem conferre dignatus es, ut etiam montes transferre mereretur: fac nos, quæsumus, semper nostrorum montes transferre peccatorum: ut una cum eo ad coelestia regna gloriose peruenire valeamus. Per Dominum. &c.

Lectione quarta.

Ex Catal. Sanctorum libr. 9.
cap. 19.

Anianus vir nobilis, ac diues, cum ex Africa Alexandriam venies naufragium pertulisset, ad quedam calceorum sutorum deueniens, artemque illam ab eo edocitus, adeo illi fuit charus, ut mories, omnem illi supellestilem, ac unicum filium commendaret. Intercá cum Diuus Marcus Euangelista, diuino nutu, Alexandriá perueniret, dissolutumque calceum Aniano consuendū tradidisset, Anianus operi intētus se ipsum subula a-

critēr in sinistra manu vulnerauit. Qui mox a beato Marco, in nomine Domini I E S V, sanatus, ob idq; ad Christum conuersus, ab eodem in fide est instruētus, atque baptizatus.

Resp. Inueni Dauid.

Lectione quinta.

Qui postmodum euangelicā doctrinā apprime eruditus, clericusq; cum clericali superpelliceo, ac postmodum præsbyter factus, a Beato Marco in mandatis accepit, ut ne ab Apostolicis regulis discederet, sed in communi vitam agens, suos quoque discipulos in ea diligenter erudiret. Qui Pentapolim, eius iussu, accedens, cum aliquandō curiosius foeminas prætereuntes inspexisset, statini in se ipsum cōmotus, dexterum sibi oculum subula vulnerauit. Adeo autem prædicationem suam miraculis illustrauit, ut & montem de loco ad locum, ad comprobandum Euangelicæ Scripturæ veritatem

ritatem translulerit. Quo factō Rex eius regionis ad Christum cōuersus, atque baptizatus, eodem ad horā tante, per omnem prouinciam Ecclesias ædificauit, Clericosque ibi regulariter viuentes instituit. **Resp.** Posui adiutorium.

Lectio sexta.

CVM autem Alexan-
driam ad Marcum
redijsset, Marcus eum lu-
mine læsum videns, statim
visui restituit, eumque cō-
uocato clero, sibi succes-
forem fore denunciauit.
Qui mortuo illi succedēs,
infatigabiliterq; fructuo-
sum se præbēs, per omnem
Ægypti prouinciam Eu-
angelium prædicans, infinitis
coruscabat miraculis. Præ-
cognoscens autem diuini-
t̄ appropinquare peregrina-
tionis suæ exitum, con-
uocato clero, ac populo id
illis indicauit: Milonemq;
discipulum suum sibi in
Episcopatu successurum.
Et cum eos in Christiana
pietate plenius esset adhor-

tatus, dierū plenus, in Do-
mino obdormiuit. Sepul-
tus iuxta Beatum Marcū.
Cuius deinde corpus Ve-
netias translatum in Eccle-
sia Sancte Mariæ charita-
tis conquiescit. **Resp.** Iste
est, qui ante Deum.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangeli **se-**
cundum Matthæum.

cap. 17.

Lectio septima.

IN illo tempore dixit Ies-
sus discipulis suis. Amē
amen dico vobis: si habue-
ritis fidem sicut granum
sinapis, dicetis monti huic:
transi hinc, illuc, & transi-
bit. **Et reliqua.**

Homilia Sancti Ioannis
Chrysostomi.

Cap. 17, in Matth. prope finē.

SI vero quispiam dicet:
& quando montes trā-
stulerunt? **Respōdebimus:**
quia multo maiora fece-
rūt: multos enim mortuos
excitauerūt: & quale quip-
pè non est montes transpo-
nere, & animam homini-
bus reuocare. Dicunt autē
nōnulli

nō nulli posteā, sanctitate
illis multō minores, id, re
postulante, fecisse. **Resp.**
Amauit eum Dominus.

Lectio octaua.

VNDE patet, quia si
opus fuisset montes
quoque trāstulissent: ideo
nō dixit transponetis om-
nino montes, sed transpo-
nere poteritis. Si autem nō
fecerunt, non est argumē-
tum impotentiæ. Maiora
enim ab ipsis facta non ig-
noramus, sed quoniam res
non postulauerat, nolue-
runt: quanvis possit etiam
aliquid tale factum esse, &
non scriptum. Non enim
omnia miracula Sanctorū

conscripta sunt. **Resp.** Sint
lumbi vestri præcincti.

Lectio nona.

NON ne igitur, inqui-
es, tantam fidē tunc
habebant? Non certè. Ita
enim imperfectiores erāt,
vt non semper ijdem es-
sent: vnde Petrus quoque
modo beatificatur, modò
increpatur: & reliqui quasi
amentes castigantur, cum
sermonē de fermento non
intellexerint. Sic ergo, &
tunc ex imperfectione ip-
forum accidit, vt maiore
infirmitate lāguerēt, quod
sæpius ante Crucem patie-
bantur,

DIE II I. DECEMBRIS.**COMMEMORATIO SANCTI**
Parris Augustini.**DIE XXIX. DECEMBRIS.**

In festo Sancti Thomæ Archiepiscopi Cā-
tariensis Canonici Regularis.

Officium fit duplex.

In

In primo Nocturno.
Lectiones de communi v-
nibus Martiris. A Mileto.

In secundo Nocturno.
Lectio quarta.

THOMAS Londini in Anglia natus, Theobaldo successit Cantuariensis Episcopo, qui mox Episcopus factus humilitatis cōseruandæ gratia, & ne in alto periclitaretur, Canonorum Regularium habitum humillimè, ac deuotissimè suscepit; & in eo vsque ad mortem religiosissimè perseverauit: & qui antea in administrādo Cancellariæ munere præclarè se gesserat, in Episcopali officio fortis, & invictus fuit. Cum enim Henricus secundus Angliæ Rex cōuocatis ad se Episcopis, & procerib⁹ regni, leges ferret vtilitati, ac dignitati

Ecclesiasticæ repugnantes, adeò cōstanter obstitit regiæ cupiditati, vt neque pollicitationibus, neq; terroribus de sententia decedens in exilium pulsus sit. Moxquè propinqui eius omnis ætatis ciesti, amici, fautores omnes, ijs, quibus per ætatem liceret iureiurando adstricis, vniuersos Thomam adituros, si fortasse miserabili suorū calamitatis aspectu mouerentur, qui à sancto proposito priuatis incommodis de terreri minimè potuisset: Non respexit carnem, aut sanguinem, neque ullus in eo humanitatis sensus pastoralis officij cōstantiam labefactauit. **Resp.** Honestum fecit illum Dominus.

Lectio quinta, & sexta, &
reliqua omnia, ut in Breuiario.

L RESPON-

RESPONSORIA COMMVNIA.

Pro vno Martyre vt sequuntur.

In primo Nocturno.

Resp. 1. Iste sanctus pro lege Dei sui certauit usq; ad mortem, & a verbis impiorum non timuit. * Fundatus enim erat suprā firmam petram. **Vers.** Iste est, qui contēpsit vitam mundi, & peruenit ad cœlestia regna. * Fundatus.

Resp. 2. Iustus germinabit sicut lilyum. * Et florebit in æternum ante Dominum. **Vers.** Plantatus in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. * Et florebit.

Resp. 3. Iste cognouit iustitiam, & vidi mirabilia magna, & exorauit altissimum. * Et inuentus est in numero Sanctorum. **V.** Iste est, qui contempnit vi-

tam mundi, & peruenit ad cœlestia regna. * Et inuenitus est. **Gloria.** * Et inuentus est.

In secundo Nocturno.

Resp. 4. Honestum fecit illum Dominus, & custodiuuit eum ab inimicis, & a seductoribus tutauit illum. * Et dedit illi claritatem æternam. **Vers.** Descenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eū. * Et dedit.

Resp. 5 Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine. * Et voluntate labiorum eius non fraudasti eū.

Vers. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. * Et voluntate.

Resp.

Resp. 6. Stola iucunditatis induit eū Dominus:
 * Et coronā pulchritudinis posuit super caput eius. **Vers.** Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua sapientię salutaris potauit illū. * **Et coronam.** Gloria Patri, * **Et coronam.**

In tertio Nocturno.

Resp. 7. Corona aurea super caput eius, * Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis. **Vers.** Quoniam

præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronā de lapide pretioso, * Expressa.

Resp. 8. Hic est verè Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit. * Qui minas iudicū non timuit, nec terrena dignitatis gloriam quæsiuit, sed ad cœlestia regna peruenit **Vers.** Iustū deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. * Qui minas. **Gloria Patri.** * Qui minas.

TEMPORE PASCHALI.

In primo Nocturno.

R Esp. 1. Beatus vir qui metuit Dominū,
 Alleluia: * In mandatis eius cupit nimis. Alleluia, alleluia, alleluia. **Vers.** Gloria, & diuinitæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum, seculi. * In mandatis,

Resp. 2. Tristitia vestra

alleluia. * Conuertetur in gaudium alleluia, alleluia. **Vers.** Mundus autem gaudebit, vos vero contristabimini: sed tristitia vestra. * Conuertetur.

Ref. 3. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia. * Mors Sanctorum eius, alleluia. **Vers.** Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnu

ex his non conteretur. *
Mors Sanctorum. **Gloria Patri.** * **Mors.**

In 2. Nocturno.

Resp. 4. Lux perpetua
 lucebit Sanctis tuis Do-
 mine, * Et æternitas tem-
 porum, alleluia, alleluia.

Vers. Lætitia sempiterna
 erit super capita eorum,
 gaudium, & exultationem
 obtinebunt. * Et æternitas.

Resp. 5. In seruis suis,
 alleluia, * Consolabitur
 Deus, alleluia. **Vers.** Iudi-
 cabit Dominus populum
 suum, & in seruis suis, *
 Consolabitur.

Resp. 6. Filiæ Ierusalē,
 venite, & videte Marty-
 res cum coronis, quibus co-
 ronauit eos Dominus. *
In die solemnitatis, & la-

titiæ, alleluia. **Vers.** Quo-
 niam cōfortauit seras por-
 tarum tuarum, benedixit
 filios tuos in te. * **In die.**
Gloria Patri. * **In die.**

In 3. Nocturno.

Resp. 7. Ego sum vitis
 vera, & vos palmites. *
 Qui manet in me, & ego in
 eo, hic fert fructū multū,
 alleluia, alleluia. **Vers.** Si-
 cut dilexit me Pater, &
 ego dilexi vos. * **Qui.**

Resp. 8. Candidi facti
 sunt Nazarci eius, alleluia:
 splendorem Deo dederūt
 alleluia. * Et sicut lac coa-
 gulati sunt, alleluia, allel.
Vers. Candidiores niue, ni-
 tidiores lacte, rubicūdiores
 ebore antiquo, sapphiro
 pulchriores. * **Et sicut,**
Gloria Patri. * **Et sicut,**

PRO PLVRIBVS MARTYRBVS.**In 1. Nocturno.**

R Esp. 1. Absterget De'
 omnem lacrymā ab
 oculis Sanctorum: & iam
 non erit amplius neque lu-

etus, neque clamor, sed
 nec ullus dolor. * Quo-
 niam priora transierunt.

Vers. Non esurient, neque
 sitient amplius, neque ca-
 det

det super illos Sol, neque
villus æstus. * Quoniam.

Resp. 2. Viri sancti glo-
riosum sanguinē fuderunt
pro Domino, amauerunt
Christum in vita sua, imi-
tati sunt eum in morte sua.
* Et ideo coronas trium-
phales meruerunt. **Vers.**
Vnus spiritus, & vna fides
erat in eis. * Et ideo,

Resp. 3. Tradiderunt cor-
pora sua propter Deum ad
supplicia. * Et meruerunt
habere coronas perpetuas.
Vers. Isti sunt qui vence-
runt ex magna tribulatio-
ne, & lauerunt stolas suas
in sanguine Agni. * Et
meruerunt.

In 2. Nocturno.

Resp. 4. Sancti tui Do-
mine mirabile con-
secuti sunt iter, seruientes
præceptis tuis, vt inueni-
rentur illæsi in aquis vali-
dis. * Terra apparuit ari-
da, & in mari Rubro via
sine impedimento. **V.** Quo-
niam percussit petram, &
fluxerunt aquæ, & torren-
tes inundaverunt. * Terra,

Resp. 5. Verbera carnifi-
cū non timuerunt Sancti
Dei, morientes pro Christi
nomine. * Vt hæredes fie-
rent in domo Domini.

Vers. Tradiderunt corpo-
ra sua propter Deum ad sup-
plicia, * Vt hæredes.

Resp. 6. Tanquam aurū
in fornace probauit elec-
tos Dominus, & quasi ho-
locausti hostiam accepit il-
los: & in tempore erit res-
pectus illorum. * Quoniam
donum, & pax est electis
Dei. **Vers.** Qui confidunt
in illum, intelligent verita-
tem, & fideles in dilectio-
ne acquiescent illi. * Quo-
niam donum.

In 3. Nocturno.

Resp. 7. Propter testa-
mentum Domini, & leges
paternas, Sancti Dei per-
stiterunt in amore frater-
nitatis. * Quia unus fuit
semper spiritus in eis, &
una fides. **Vers.** Ecce quā
bonum, & quam iucundū
habitare fratres in unum.
* Quia,

Resp.

Resp. 8. Sancti mei, qui
in carne positi, certamen
habuistis. * Mercedem la-
boris ego reddam vobis.

Vers. Venite benedicti
Patris mei, percipite Reg-
num. * Mercedem. G lo-
ria Patri. * Mercedem,

PRO CONFESSORE Pontifice.

In 1. Nocturno.

R Esp. 1. Euge serue bo-
nē, & fidelis, quia in
pauca fuisti fidelis supra
multa te constituam. *
Intra in gaudium Domini
tui. **Vert.** Domine quin-
que talenta tradidisti mihi,
eccē alia quinque superlu-
cratus sum. * Intra.

Resp. 2. Ecce Sacerdos
magnus, qui in diebus suis
placuit Deo. * Ideō iu-
reiurando fecit illum Do-
minus crescere in plebem
suam. **Vert.** Benedictionē
omnium gentium dedit il-
li, & testamentum suum
confirmavit super caput
eius. * Ideō iurejurādo.

Resp. 3. Iuravit Domi-
nus, & non poenitebit eū.

* Tu es Sacerdos in æ-

ternū secundum ordinē
Melchisedech. **Vers.** Di-
xit Domin⁹ Domino meo:
Sede á dextris meis. * Tu
es Sacerdos. G loria. *
Tu es.

In 2. Nocturno.

Resp. 4. Inueni Dauid ser-
uum meū, oleo sancto meo
vnxieum. * Manus enim
mea auxiliabitur ei. **Vert.**
Nihil proficiet inimicus in
eo, & filius iniquitatis non
nocebit ei. * Manus.

Resp. 5. Posui adiuto-
rium super potentem, &
exaltaui electum de plebe
mea: * Manus enim mea
auxiliabitur ei. **Vert.** In-
ueni Dauid seruum meū,
oleo sancto meo vnxieum.
* Manus enim.

Resp. 6. Iste est qui ante
Deum

Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina eius repleta est.

* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

Vers. Iste est, qui contemplavit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. *

Ipse. **Gloria.** * Ipse.

In 3. Nocturno.

Resp. 7. Amauit eum Dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum. * Et ad portas paradisi coronauit eum. **Vers.** Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. * Et ad portas.

Resp. 8. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ

ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectatibus Dominum suum, quando revertatur à nuptijs. **Vers.** Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus uester venturus sit. * Et vos, **Gloria Patri.** * Et vos.

¶ Pro Doctoribus.

Resp. 8. In medio Ecclesiæ aperuit os eius. * Et impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus. **Vers.** Iucunditatem, & exultationem thesaurizauit super eum. * Et impleuit. **Gloria.** * Et impleuit.

PRO CONFESSORE non Pontifice.

In 1. Nocturno.

Resp. 1. Euge seruē bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. * Intra in gaudium Domini tui. **Vers.** Domine

quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. * Intra.

Resp. 2. Iustus germinabit sicut lilium. * Et florebit in æternum ante Dominum. **Vers.** Plantatus

tus in domo Domini, in
atrijs domus Dei nostri.

* Et florebit.

Resp. 3. Iste cognovit
iustitiam, & vidit mirabi-
lia magna, & exorauit al-
tiissimum. * Et inuentus
est in numero Sanctorum.

Vers. Iste est qui contem-
psit vitam mundi, & per-
uenit ad cœlestia regna.

. * Et inuentus. **Gloria.**

[* Et inuentus.

In 2. Nocturno.

Resp. 4. Honestum fe-
cit illum Dominus, & cu-
stodiuit eum ab inimicis,
& a seductoribus tutauit
illum. * Et dedit illi clari-
tatem æternam. **Vers.** Iu-
stū deduxit Dominus per
vias rectas, & ostendit illi
regnum Dei. * Et dedit.

Resp. 5. Amauit eum
Dominus, & ornauit eum,
stolam gloriae induit eum.
* Et ad portas paridis co-
ronauit eū. **Vers.** Induit
eum Dominus loricam fi-
dei, & ornauit eum. * Et
ad portas.

Resp. 6. Iste homo per-

fecit omnia, quæ locut⁹ est
ei Deus, & dixit ad eum:
Ingridere in requie meā.

* Quia te vidi iustum co-
ram me, ex omnibus gen-
tibus **Vers.** Iste est, qui
contempsit vitā mundi, &
peruenit ad cœlestia regna.

* Quia. **Gloria.** * Quia.
In 3. Nocturno.

Resp. 7. Iste est, qui an-
te Deum magnas virtutes
operatus est, & de omni
corde suo laudauit Domi-
num. * Ipse intercedat
pro peccatis omnium po-
pulorum. **Vers.** Ecce ho-
mo sine quærela, verus Dei
cultor, abstinentis se ab om-
ni opere malo, & perma-
nens in innocentia sua.

* Ipse.

Resp. 8. Sint lumbi ve-
stri præcineti, & lucernæ
ardentes in manibus ve-
stris. * Et vos similes ho-
minibus expectatibus Do-
minū suū quando reuerta-
tur à nuptijs. **V.** Vigilate
ergo: quia nescitis, qua ho-
ra Dñs vester venturus sit.
* Et vos. **Gloria.** * Et vos,

PRO

PRO NEC VIRGINE, nec Martyre.

In 1. Nocturno.

Resp. 1. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum. * Quia concipiuit Rex specie tuā. **Vers.** Specie tua, & pulchritudine tua, intende: prosperè procede: & regna. * Quia.

Resp. 2. Diffusa est gratia in labijs tuis. * Propterea benedixit te Deus in æternum. **Vers.** Specie tua, & pulchritudine tua, intende: prosperè procede, & regna. * Propterea.

Resp. 3. Specie tua, & pulchritudine tua. * Intende: prospere procede, & regna. **Vers.** Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. * Intende.

Gloria. * Intende.

In 2. Nocturno.

Resp. 4. Propter veritatem, & mansuetudinem,

& iustitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. **Vers.** Specie tua, & pulchritudine tua, intende: prosperè procede, & regna. * Et deducet.

Resp. 5: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. * Propterea vnxite Deus, Deus tuus oleo lætitiae. **Vers.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. * Propterea.

Resp. 6. Falax gratia, & vana est pulchritudo.

* Mulier timens Deum ipsa laudabitur. **Vers.** Date ei de fructu manū suarum, & laudent eam in portis opera eius. * Mulier. **Gloria.** * Mulier.

In 3. Nocturno.

Resp. 7. Ossuum aperuit sapientię, & lex clementię in lingua eius: considerauit semitas domus suę.

M * **E**t

* Et panem otiosa non comedit.

Ver. Gustauit, & vidi quia bona est negotiatio eius : non extingetur in nocte lucerna eius. *Et panem.

Resp. 8. Regnum mun-
di, & omnem ornatum sa-

culi contempsū propter a-
morem Domini mei Iesu
Christi. * Quem vidi,
quem amavi, in quem cre-
didi, quem dilexi.

Ver. Eruet auit cor meū
verbum bonum : dico ego
opera mea regi. * Quem
vidi. **Gloria.** * Quē vidi,



IN

IN COMMEMO-
RATIONE SANCTI
Patris Augustini, quæ fit
singulis mensibus.

**A Pontifice Maximo indaltum est Ordini
 nostro Canonicorum Regularium
 subscriptum diploma.**

*Quolibet mense, quo aliás non fiat de Sancto Augu-
 stino, fiat de ipso semel die prima, aliquo Sancto non
 impedita, & quam, si fieri possit, non præcedat du-
 plex, aut semi dupl. ut integras, sine alicuius præiu-
 ditio, saltem priores vesperas habere possit.*

**Ad Vesp. Añx, Psalm. &
 Hymn. & Cap. de comm.
 Confess. Pont. Vers. Ora
 pro nobis Beate Pater Au-
 gustine. Resp. Ut digni
 efficiamur promissionibus
 Christi.**

**Ad Magnificat in utrisque
 Vesp.**

Praeful Sæcùssime Au-
 gustine, via morum,
 scripturæ secretum, Do-

**ctor egregie, lux Docto-
 rum, vitæ nostræ decretū,
 roga mitissime Christi nos
 adire secretum.**

Oratio.

Deus, qui Beatum Au-
 gustinū Ecclesiæ tuæ
 in exponendis sacre scrip-
 turæ mysterijs Doctorem
 optimum, & electum An-
 tistitem prouidisti: da no-
 bis, quæsumus, eius semper

M 2 &

& doctrinis instrui, & oratione fulciri, Per Dominū nostrum.

Ad Matut. In uitat. & reliqua de communia. Confess. Pont.

In primo Nocturno extra Quadrag. Lectiones leguntur de script. occur.

¶ In Quadrag. verò. Sapientiam, &c. de comm.

Doct.

In secundo Noct. Qui post Orionas. Ut ibidem.

In tertio Noct. Homil.

super Euang. Vos estis sal terræ de eodem cōmun.

Ad laudes, & per horas, omnia sicut in commun. Vers. Ora pro nobis, &c. Resp. Ut digni efficiamur, &c.

Ad Benedictus Aña.

C Anon vitæ canonice, lucerna nostris pedibus, roga Christū pro famulis, vt nostris adsit mētib⁹, & in æterna requie suis iungat agminibus. ¶ Ora, &c. Oratio, vt suprà.

S V F F R A G I A ; S E V C O M M E M O R A T I O N E S ,

Quæ dicuntur in fine Vesperarum, & laudem, ab Octava Epiphaniæ, usque ad Dominicam Passionis exclusiōnē, & ab octaua Pentecostes, usque ad Aduentum exclusiōnē, Dominicis, Ferijs, & festis, nisi Officium sit duplex, aut infra Octauas. Adiuncta commemoratione de Patrono, vel titulo Ecclesiæ pro illius dignitate.

Dē

De Saluatorē.

In vtrisque Vesperis, & laudibus, Aña.

SAluator mundi saluā nos, qui per sanguinē, & mortem tuam redemistī nos. **Vers.** Dirige nos Domine in via tua. **Resp.** Quia tu es Saluator noster.

Oratio.

Deus humani generis conditor, & redemptor, da quæsumus, vt te in omnibus, & super omnia diligentes, iugiter inspirātem sectemur.

De Cruce.

In vtrisq; Vesp. & laudib. festi semiduplicis, & simplicis extra tempus Paschale. Antiphona.

Nos autēm gloriari bō portet in Cruce Domini nostri Iesu Christi. **Vers.** Hoc signum Crucis erit in cœlo. **Resp.** Cum Dominus ad iudicandum venerit. **Oratio.**

Deus, qui vnigeniti filij tui pretioso sanguī-

ne viuisīcæ Crucis vexillū sanctificare voluisti, cōcede, quæsumus, eos qui eiusdem Sanctæ Crucis gaudent honore, tua quoque ubique protectione gaudere.

Tempore Paschali in vtris que vesperis. Aña.

Crucem sanctā subiit, qui infernum cōfregit, accinctus est potentia, surrexit die tertia, alleluia. **V.** Dicite in nation. &c.

Et in laudibus, Aña.

Crucifixus surrexit a mortuis, & redemit nos alleluia, alleluia.

Vers. Dicite in nationibus, alleluia. **Resp.** Quia Dominus regnauit a ligno, alleluia.

Oratio.

Deus, qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis, vt resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem. &c.

In

**In utrisque Vesp. & Iaud.
Officij ferialis, Antiphon.**

Per signum Crucis de
inimicis nostris, libera
nos Deus noster. **V.** Om-
nis terra adoret te, & psal-
lat tibi. **Resp.** Psalmum
dicat nomini tuo Domine.

Oratio.

Perpetua nos, quæsu-
mus Domine, pace cu-
stodi, quos per lignum Sá-
cta Crucis redimere dig-
natus es,

De Sancta Maria.

**In utrisque vesperis, &
Iaudibus. Aña.**

Sancta Maria succurre
miseris, iuua pusillani-
mes, refoue flebiles, ora
pro populo, interueni pro
clero, intercede pro deuo-
to fœmineo sexu, sentiant
omnes tuum iuuamē, qui-
cunque celebrant tuā san-
ctam commemorationem.
Vers. Ora pro nobis San-

cta Dei genitrix. Resp:
Vt digni efficiamur pro-
missionibus Christi.

Oratio.

Concede nos famulos
tuos, quæsumus Do-
mine Deus, perpetua mē-
tis, & corporis sanitatem gau-
dere, & gloriosa Beatae Ma-
riæ semper Virginis inter-
cessione, à præsentī libera-
ri tristitia, & æterna per-
frui lætitia.

**Ab Octava Epiphaniæ us-
que ad Purificationem.**

Vers. Post partum Virgo
inuiolata permäisti. **Resp.**
Deigenitrix intercede pro
nobis.

Oratio.

Deus, qui salutis æter-
næ Beatæ Mariæ vir-
ginitate foecunda humano
generi præmia præstitisti:
tribue, quæsumus, vt ipsam
pro nobis intercedere sen-
tiamus, per quam merui-
mus auctorem vitæ susci-
pere Dominum nostrum
Iesum Christum filiū tu-
um.

De

De Apostolis.

In utrisque Vesperis.
Antiphona.

Petrus Apostolus, & Paulus doctor gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Domine.

Vers. Constitues eos principes super omnem terram **Resp.** Memores erunt nominis tui Domine.

Ad Matutinum. Aia.

Gloriosi principes terrae, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita, & in morte non sunt separati. **Vers.** In omnem terram exiuit sonus eorum. **Resp.** Et in fines orbis terrae verba eorum. **Oratio.**

Deus, cuius dextera beatum Petrum ambularem in fluctibus, ne mergeretur, crexit: & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitius, & concede, ut auctorum meritis aeternitatis gloriam consequamur.

De S. Vincentio.

In utrisque vesp. & laud.
Antiphona.

O Beate Vincenti martyri Christi fidelissime, pro cuius amore & uisimia poenarum genera constanter pertulisti: sis pro nobis, petimus, apud Deum intercessor. **Vers.** Ora pro nobis Beate Vincenti.

Resp. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

Adesto Domine supplicationibus nostris ut qui ex iniuitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Vincentij martyris tui intercessione liberemur.

Pro S. Sebastiano.

Antiphona.

O Diue Sebastiane milles fortissime Christi, intercede pro nobis ad Dominum Iesum Christum, ut ab omni aduersitate corporis, & animae nos tueri, & defendere dignetur.

Vers.

Vers. Ora pro nobis.

Oratio.

In firmitatem nostram respice omnipotēs De⁹, & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Sebastiani Martyris tui intercessio gloria nos protegat. Per Dominum.

De Sācto Georgio.

**In vtrisque Vesp. & laud.
Antiphona.**

Digne Deo Martyr, Princeps venerande Georgi, Suscipe seruorū, petimus, pia vota tuorum; Sintquè tua Christo prece commendata supremo.

Vers. Ora pro nobis beate Georgi. **Resp.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

Deus, qui nos beati Georgij martyris tui meritis, & intercessione lētificas: concede propitius, ut qui tua per cūm be-

neficiā poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur.

Pro Diuo P. Augustino.

Ad Vesp. Antiphona,

Praelul Sāctissime Augustine, via morum, scripturæ secretum, Doctor Ecclesiz, lux Doctorum, vitæ nostræ decretū roga mitissime Christi nos adire secretum. **V.** Ora pro nobis, &c.

Ad Laudes, Aūta.

Canon vitæ canonicae, lucerna nostris pedibus, roga Christum pro famulis, vt nostris adsit mentibus, & in æterna requie suis iungat agminibus. **Vers.** Ora pro nobis beate Pater Augustine.

Resp. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

Ad te supplicationibus nostris omnipo-tens

ēns Deus, & quibus fiduciā sperandæ pietatis indulges, intercedente beato Augustino Cōfessore tuo, atque Pontifice, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum,

De Pace.

In Vesp. & laudib.
Antiphona.

DA pacem Domine in diebus nostris, quia non est aliis, qui pugnet

Leo Papa X. concessit, ut qui post Officium dixerit sequentem Orationem, remissionem admissarum negligentiarum in Officio recitando consequatur.

Oratio.

SAcrosanctæ, & indiu-
duæ Trinitati, Crucifixi Iesu Christi Domini nostri humanitati, Beatissimæ, ac gloriofissimæ Virginis Mariæ fœcunditati,

pro nobis, nisi tu Deus no-
ster. **Vers.** Fiat pax in vir-
tute tua. **Resp.** Et abun-
dantia in turribus tuis.

Oratio.

Deus, à quo sancta de-
sideria, recta consilia,
& iusta sunt opera: da
seruis tuis illā, quam mun-
dus dare non potest, pacē:
ut & corda nostra manda-
tis tuis dedita, & hostium
sublata formidine, tem-
pora sint, tua protectione,
tranquilla. Per Dominum
nostrum, &c.

& omnium Sanctorum vniuersitati, sit sempiterna
laus, honor, virtus, & glo-
ria, ab omni creatura: no-
bisquè remissio peccatorū,
per infinita sacula sa-
lorum, amen.

N

B eata

BEATA viscera Mariæ
Virginis, quæ porta-
uerunt Æterni Patris fili-
um, & beata ubera, quæ

lactauerunt Christum Do-
minum. Pater noster.
Ave Maria.

COMMEMORATIO
in honorem Diui Patris Theotonij
primi Prioris Monasterij
Sanctæ Crucis.

Deuotionis gratia.

Antiphona.

O Beate Theotoni om-
nium corde, & ore
colende. O Patrona mira-
bilis Hispaniæ, Defensor
Conimbricæ: ora pro po-
pulo, interueni pro clero,
intercede pro deuoto fœ-
mineo sexu: sentiant om-
nes tuum solamen: salua
præsentem cateruam tuæ
sanctitati deuotam, & San-
ctæ Crucis signo signatam.
Vers. Ora pro nobis Bea-
te Pater Theotoni. **Resp.**
Ut digni efficiamur, &c.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiter-
ne Deus, qui Sancto-
rum tuorum es splendor
mirabilis, qui populo
tuo Beatum Theotonium
Confessorem tuum primū
Sanctæ Crucis Priorē fœ-
liciter prætolisti: concede
quæsumus, ut qui nobis de-
disti fidē, largiaris & pacē;
atque suis meritis, & preci-
bus, ab omni, anima, cor-
porisq; periculo, salubriter
liberemur. Per Christum
Dominum nostrum.

Amen.

DEO GRATIAS.

